Universitätsbibliothek Paderborn

# Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51314

Visual Library

proijcitur, nec enim ſas erat illius mortem honorari, cuius vita eſſet condemnata. apparuit non ita animo ac vita conſtitutum eſſe Doctorem illum vt ratio poſtulabat, quam erat immortali Deo redditurus. Diſciplinam non legem vitæ ſed oſtentationem ſcientiæ putauiſſe, neque alios monentem ſibi obtemperaſſe, & ſuis decretis paruiſſe. Nam appenſus in ſtatera inuentus eſt minus habens. Hoc inauditum horribileq; portentum, ac viſum metuendum S. Brunoni qui rem ſpectarat, cauſſam attulit Carthuſiæ fundandæ, quę iam annos quingentos vnis moribus & ijſdem legibus viuit, nihilq; de prima aſperitate detraxit, ſed talis perſiſtit & permanet qualem Bruno conſtituit.

Dan. 5.

Notent hoc quidã diſſoluti religioſi.

9. Princeps Apoſtolorum Petrus ſimulationem vltus eſt in Simonem Magum ſententiam damnationis intorquens, atque in Ananiam & Saphiram Apoſtolicæ ſeueritatis diſtrictum gladium repentino impetu vibrans. Act. 5. & 8.

Simulatio vberem perẽnemq; diuinę miſericordiæ fontem exſiccat.

## POENAE ICONOMACHORVM.

1. POſt annum Domini 700. Hebræus quidam maleficus Ezidi Regi Arabum Mahumetano promiſit 30. annos vitæ ſi in ſuo imperio iuberet imagines Chriſti & ſanctorum ex Chriſtianorum Eccleſijs auferri & comburi, iuſſit ille, ſed cum Chriſtiani non parerent immiſit Arabes, & Hebræos in Ec-

cleſias qui negotium impigre perfece[illegible]
Sed Rex Ezides anno ſequenti obijt, & [illegible]
bræus tanquam impoſtor à ſucceſſore [illegible]
turpiſſima morte mori coactus eſt. N[illegible]
tur hiſtoria in VI. Synodo, act. 5. nec [illegible]
à Cedreno, Zonara, & Niceta in vita Le[illegible]
Iſauri.

2. Paulo poſt Leo Iſaurus Imp. à duob[illegible]
Arabia profugis Iudæis ſimiliter per[illegible]
publico edicto imagines deponi & del[illegible]
templis omnibus iuſſit. Et multos Chri[illegible]
norum reſiſtentium neci dedit. vnde Ic[illegible]
Matthæus Palmer. in Chron. an. 1241. Zon. lib. 3. annal. Paul. Diac. Caniſ. li. 5. c. 22 ope. de B. Virg.
machi cognomen inuenit. Poſtquam a[illegible]
eius iuſſu imagines ſanctorum in foro C[illegible]
ſtantinopolitano crematæ fuerunt, or[illegible]
peſtilentia tam grauis vt Conſtantin[illegible]
trecenta hominum millia interirent. E[illegible]
occaſione amiſit idem Leo & ſucceſſore[illegible]
imperium Italiæ, nec vnquam amplius [illegible]
perare potuerunt. imp. tabe & dyſenteri[illegible]
ſumptus eſt. Nec minus triſtes exitus h[illegible]
re ſucceſſores qui ipſius impietatem a[illegible]
ti ſunt, Conſtantinus, Leo quartus, & [illegible]
tus, Michaël Traulius, Theophilus & [illegible]
ius filij quos in Mariæ ac ſanctorum [illegible]
gines dire graſſantes diuina percuſſit [illegible]
vt omnes miſerandum interitum ſort[illegible]
tur.

3. Impietatem patris ſecutus eſt filius C[illegible]
ſtantinus Copronymus qui in ſignum [illegible]
ræ improbitatis dum baptizaretur ſ[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem ſtercore fœdauit (dicitur enim Copronymus à ſtercore quo infans conſperſit SS. lauacrum, & Caballinus à ſtercore caballorum quo tale monſtrum, ipſi etiam naturæ auerſum, dicitur delectatum) fuit præterea Necromanticus & hæreticus Neſtorianus. Huius Conſtantini tempore inauditæ calamitates orientem inuaſerunt, nam terræmotus ingentes integras vrbes deiecerunt, & multa millia hominum occiderunt (eliſa ſunt). Item peſtis grauiſſima orta eſt, ita vt vineæ, horti, putei, aliaque loca vix ſufficerent ſepeliendis hominibus, neque mortuorum quidem ſepeliendorum curam qui haberent ſuperfuere. Et ne dubitaretur quam ob cauſſam iſta acciderent, ſimul vbique in veſtibus hominum, in velis ſacris, indumentis ſacerdotalibus, diuinitus exiſtebant cruculæ ſeu cruces paruæ, quaſi oleo deſignatæ. Deus enim indicare volebat velle ſe vbique conſpici crucis imaginem, quam Conſtantinus Copronymus eo tempore omnino obliterare cótendebat. Ad hæc tam horribile frigus acceſſit, vt mare Pôticum ad centum milliaria congelaretur, eſſetque glacies profunditatis 30. cubitorum, cui ſuperuenit nix, quæ etiam in glaciem verſa eſt ad altitudinem 20. cubitorum ſuper aliam glaciem triginta cubitorum. Paulo poſt cœpit ſolui glacies & fragmenta ingentia in-

Mali corui malum ouum.

vide locũ de Maria.

Terra in Syria tremore maximo concutitur quo templa ac monaſteria pleraq; corruunt, &c. Sigon. li. 3. de regno Italiæ.

inſtar magnorum montium vel inſular
magno impetu diſcurrebant, quædam e
ad Conſtantinopolim alliſa partem mo
um & vicinas domos euerterunt. Teſta
Paulus Diaconus ſe vidiſſe hæc omnia. I
dem anno tanta ſiccitas poſtea fuit, vt flu
na, fontes, putei fere omnes ſiccarentur,
vt omnes intelligerent & dicerent pro
impietatem in Deum & ſanctos quam e
Infelicisſ exitu diem clauſit extremum. cuerant Iconomachi, iſta omnia fieri. De
obſtinatus Imperator Conſtantinus ira(m
rando obitu) perijt vt in morte clamar
Dan.4. Succidite arborē, &c adhuc etiam viuum igni inexſtinguibili
ditum comburendum, quòd cultum i
parę Virginis execratus eſſet, Quia vero
ctus erat ſepulturam quam non meruerat
ſto Dei iudicio poſtmodum effoſſus eius
publice in foro cremata ſunt.

4. Refert Sozom. de imagine Chriſti
lib.5.c.20. ab hæmorroiſſa poſita apud Paneadem, q
cum Iulianus apoſtata illam inde amou
& ſuam in eodem loco poſuiſſet, mox
de cælo ſtatuam Iuliani diſcerpſerit, &
à reliquo corpore auulſerit planè ad e
1.Reg.5. dum quo olim accidit idolo Dagon, Cum
lianus, ait, certior factus eſſet Cæſareæ
lippi præclaram eſſe Chriſti ſtatuam, q
mulier quæ ſanguinis præfluuio labor
cum eſſet morbo liberata ibi collocauerat
am deturbauit, ſuamq́; in eo loco poſuit. Q
facto ignis violētus de cælo delapſus ſtatu

illa

illam circiter pectus perſecuit, caputque vna cum collo in terram dejecit, atque in faciem humi ea in parte defixit quæ fuerat à pectore diuulſa. Ex quo tempore ad hodiernum diem atra atq; fulminis ictu ambuſta manet. hęc Sozom. eademque habent acta Artemij apud Metaph. die 20 Oct. c. 30. & Niceph. li. 10.

Quanto iuſtius, dicet aliquis, in ipſum Iulianum fulmen illud cęlitus fuiſſet intortum? at vniuerſa, ait Salomon, propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, impium quoq; ad diem malum. Voluit Iulianus hanc in Chriſti ſtatuam exercuiſſe vindictam, de compluribus Deorum ſimulachris à Chriſtianis tempore Conſtantini atque Conſtantij toto orbe confractis: Sed malum conuerſum eſt in caput ipſius, vlciſcente quamprimum numine. Nam tantum prodigium fulminis, quod eius ſtatuam mediam ſcidit atque proſtrauit, ex Aruſpicum quos colebat atq; obſeruabat ſententia Romani Imperij cladem atq; eiuſdem Iuliani portendit interitum.

Prou. 16.

5\. Scribit Paulus Diac. cum Iconomachus quidam conſpecta ſtatua B. Virginis lapides in eam ieciſſet eamq; comminuiſſet, per quietem virginem ipſam ab eo viſam terribiliter his verbis comminantem, in caput tuum hoc feciſti. Deinde paulo poſt eundem ingenti lapide percuſſum atque ita contuſum eſſe vt ipſe ſtatuam comminuerat. Theophanes ait: Conſtantinus quidam Strator Artabaſdi videns

Eutropius lib. 21. rerũ Rom.

Pœnas dat impius iconoclaſta.

Anno Chr. 727.

imaginem Dei genitricis ſtantem, appreh- ſum lapidem aduerſus eam proiecit & c- uit, & cum cecidiſſet calcauit (lapidis ic- ctu deiecit, deiectamque peſſum dedit), vidit in ſomnis (ſomno ſopitus) aſtantem Dominam noſtram & dicentem Noſti q- fortem cauſſam in me operatus fueris (- qualem te mihi præſtitens, & quam - valenter triumphaueris) verum contra - tuum hoc feciſti (haud erit impunita au- Poſtea vero dum Sarraceni aduerſus mu- congreſſionem facerent, & ageretur be- currens ad murum vt fortis miles, infeli- cijcitur è lapide tranſmiſſo ex Mangon- china ita dicta) & contritum eſt caput - facies, dignam impietatis ſuæ retributio- percipiens, &c. (vel, ſequutum breui e- Sarracenis bellum, quos muro ſube- dum miſer Conſt. repellere conatur, - ctu lapidis comminutus ac contuſus - rijt, &c.)

6\. In Concil. Nicæno 2. act. 4.

Imaginem Deiparę violans me- ritas luit ſuæ impie- tatis pœ- nas.

Fuit vir Cyprius in vrbe Conſtanti- mentarius (boues & armenta paſcens) - randi cauſſa (propoſito atq; animo) in - nis Deiparæ ſacellum conceſſit (ingreſſ- atq; cum inter orandum ſuſpiceret (ocul- templi tabulas imagineſq; conuerteret) - ginem virginis ex coloribus in parietib- preſſam, animaduertit (beatiſſ. virginis - giém coloribus expreſſam in aduerſo pa- vidit) ac indignabundus (ſubita corrept-

mentia) dixit: Quorſum hæc? ſtatimq; ſtimulo quo boues agebat (incitabat) ſublato (impreſſo) eidem imagini Virginis dextrum oculum eruit (demolitur). Inde egreſſus cœpto pergebat itinere, dumque forte pecus ad maturandum iter pungit (boues, vt moris eſt, inſtimulat atq; vrget tardiores) ecce tibi ſtimulus (agitatoria haſta) confringitur, & ea pars cui ferrum erat infixum in dextrum hominis oculum recta inuolat, ac miſerum oculo priuat (inſtigantis ligni pars illa ferrata reſiluit, certiſſimoq; ictu retro verſa, bubulco, grande illud pecus à tergo inſequenti, dexterum oculum funditus eruit, iuſtiſſima lege talionis). Narrat hoc Conſtantinus ſanctiſs. Cyprius Epiſcopus coram toto conſeſſu (in cœtu grauiſſimo) patrum, verbiſque diſertis adiungit: hunc ego Conſtantinus virum vidi, & monoculum etiamnum ex hac cauſa eſſe cognoſco.

Budæ, Pannoniæ vrbe, duo aleatores ita conuenerant, vt alter in Dei nomine alter in nomine diaboli luderet. Qui Deum nequitiæ fautorem faciebat, pecunias omnes, ipſas quoque veſtes amiſit: intempeſta nocte deſperabundus domum rediens, per cœmiterium iter facit. ibi Saluatoris crucifixi imaginem conſpicatus, ira & furore plenus ſaxum arreptum violenter fronti illiſit. Miraculoſe igitur ſaxum in vulnere hæſit, & copioſus ſanguis profluxit. Cœmiterio vicinus habitabat lanius ſenex podagricus is per

7\. Lycoſthenes lib. 14. Theatri, citans M. Fritſchiũ in meteoris.

Deſperabũdus imaginem crucis ſaxo ferit.

quietem vocem incertam audit, ſurge[...]
cultro proximũ quemuis ſibi obuiam fa[...]
confoderet. Quam vocem cum tertiò [...]
tam, multis cum minis inſtantem audi[...]
parere decreuit itaque cum prius nemo[...]
quidem ſeſe lecto poſſet, impigrè ſurge[...]
niario cultro arrepto in cœmiterium de[...]
dens aleatorem infelicem furibundum
obuiam factum cultro confixit. Hoc pa[...]
facinore, iudicis ædes accedens, aditum [...]
loquium poſtulat. Iudex non credere, [...]
phantaſma dęmonis arbitrari, tandem a[...]
ſus, ſomnium & cædem indicat. Cum i[...]
luxiſſet, ad cœmiterium conueniunt, ca[...]
circumſtant, interim dæmones cum ter[...]
vlulatu in ſublime raptum cadauer ex [...]
num cõſpectu abſtulerunt. Ea res præter[...]
nus crucifixo illatum aleatoris perfidia[...]
guit, & lanium à periculo liberauit.

8. Damaſc. orat. 3 de venerat. SS imaginum ex Arcadio Archiepiſc. Cypri. Exempla hæc prolixius refert. D. Tilman. Bredenb. collat ſacram. lib. 3

Gentiles demandarunt militi vt cõſ[...]
gradibus deturbaret imaginem S. Sim[...]
quam Antiochiæ erexerat quidam ne[...]
tor ob reſtitutam ſibi interceſſione huius [...]
cti ſanitatem. ille cum aſcendiſſet, man[...]
expandiſſet, vt demandatum expleret [...]
ex alto in imam delapſus terrã, momen[...]
medius perruptus, & in turba non medi[...]
exortus eſt tumultus, nihilominus reda[...]
ſis animis adiecerunt, vt & alterum eo[...]
rent. Et ille quidem exporrectis manibus
imaginem detraheret, in terram pariter [...]

pſus perfractus eſt. Hoc edito exemplo terrore perculſi omnes cœperunt ſibiipſis imprimere S.crucis ſignaculum. Cumq; perfidi illi vehementiore inſania furerent, adiecerunt, vt & tertium ad hoc opus adigerent. Et hic vt manus extendit primum ad deijciendam imaginem, conſimiliter perruptus concidit in terram. Tunc timor magnus inuaſit omnes, qui fideles circumſteterant, & attoniti ſuper cæcitate ac temerario auſu perfidorũ & impiorum adorata imagine cũ ſupplici deprecatione illinc abierunt.

9. Idem Damaſ. ibid.

Saracenus quidam in templo S. Theodori iecit ſagittam aduerſus imaginem Theodori, quæ humerum eius dextrum perculit. Ex eo vulnere mox exſiliuit ſanguis, qui & ad imam vſque imaginis partem delapſus eſt, ſpectantibus omnibus quod fiebat ſignum, ſimul & impactam ſagittam humero ſancti & defluentem ſanguinem, &c. Cum familiæ eorum (Saracenorum) qui incolebant (& impudicitijs polluebant) hoc templum, eſſent quatuor & viginti, ad vnum omnes amarulenta morte extincti ſunt, eorum vero qui in viculo morabantur, nemo interim diem ſuum obijt, ipſa autem imago appetita miſſili ſagitta etiamnum hodie ſupereſt, plagam retinens iactu ſagittæ impactam, ſimul & defluentis ſanguinis veſtigium. Nec pauci eorum ſunt ſuperſtites qui fuerunt ſpectatores, &c.

10. Ex vita S. Alberti, in

In caſtro Drepanenſi quidã (aleator) taxil-

Surio 7. aug. c. 24. Ioan. Maria Politianus.

Ex damno dolor, ex dolore nata deſperatio eſt, ex deſperatione deteſtanda impietas.

larum luſu (ludendo) omnem rem ſuam
didit tanto animi dolore vt pariter à
deſperationem deficeret. Et ecce (iactur
nimo reputans) venit ad locum vbi eran
gines B. Virginis & S. Alberti. Eas intue
cit ad imaginem S. Alberti: Toties inuoc
& non me audiſti in neceſſitatibus meis
in afflictis meis rebus præſto eſſe vol
Quid igitur cauſſæ eſt vt te ſanctũ præd
cum nulla ratione me potueris iuuare
vt poſthac te pro ſancto habeam. Tu q
Maria, quę mater gratiæ diceris pias aur
as occluſiſti ad preces meas (meis prec
Inde (vbi hęc effutiuit inſanus) arrepto g
vtramq; imaginem furibunde ſecat, & co
ſtim ex ambabus diſtillat ſanguis bene
tus in terram. Vidit id (hoc totum & im
facinus) quidam puer ſublataq́; voce exc
dolenter in ſacrilegum. ille audito cla
exit è templo, (fugit) ſed exeuntem ac
ripere conátem in ipſo templi aditu to
fragor horrendus exterret (ſeu repen
rendo exiſtente tonitru, fulminis ictu
preſſo, impetuq́; grauiſſimo) totus in p
rem ad fores Eccleſiæ redigitur).

II. Theodoricus Greſemundus Iuriſcõſultus in hiſt. violatæ crucis.

Anno Chriſti 1383. quidam cui n
Schelkropff (Schelkropius) in luſtris p
& tabernis vinarijs ætatem agebat (co
bat) & appetentiſſimus erat ludi, ex quo
raque vitiorum genera tanquam ver
putri cadauere vbertim erumpunt. Cu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

do aliquando vellet pro conſuetudine ſua aleæ fortunam experiri, quoſdam etiam ſui ſimiles ad illius rei communionem illexiſſet, itum eſt ab illis in quoddam diuerſorium publicum ſiue tabernam ſuburbij Moguntini Filtzbach appellati. Nomen vero & ſignum ipſius tabernæ flos erat, dicebaturque vulgo zu der Blumen. Cumque illic aliquandiu taxillis luſiſſent, contigit forte vt Schelkropff parum proſpera fortuna vſus pecuniam fere omnem quam habebat perderet (tali improſperis iactibus amitteret) multumque detrimenti (opinione ſua) acciperet, quod cum per ludi progreſſum nedum non emendaret, verum etiam immodicè augeret, cœpit tandem, vti ſolebat, grauiter ſtomachari, & poſt conuitia in colluſores iacta (illatas iniurias) Deum etiam & ſanctos blaſphemare (nefarijs vocibus laceſſere). Sunt qui referant eum hac ira & impietate ſuccenſum palam fuiſſe minitatum quamcunque crucifixi IESV imaginem primum obuiam habuiſſet ab ea ſe præſentis damni pœnas & vindictam repetiturum. Quod etſi huius hominis impietati plurimum congruebat, multumque credibile eſt, tamen id pro comperto affirmare non auſim. Hoc certe conſtat eum à ſocijs (è caupona) nihil placatiore animo digreſſum, perueniſſe ad ſacellum quoddam inter ædem D. Al-

Grauiſſimorum ſemen & origo vitiorū eſt ludus. ex hoc auaritia, rapacitas, impietas, &c.

D. Albani & hanc B. Virginis Eccleſi
Campis, nunc S. Crucis dictam) ſitu
iam olim hæc ſimulacra fuerant repoſi
nus erat Schelkropff haud dubie imp
& qui ſcelus abominabile iamdudum
conceptum mox effundere concupi
quamprimũ ergo ad id ſacelli peruenit
imaginem crucifixi ea qua vides atr
vulnerauit. Pro modo enim iræ qu
impetum ſceleſtiſſimum adiuuabat vnic
ceruicem crucifixi diſſecuit, ita vt ne
nus hæreret quidem, mox D. Virgi
rumq; ſanctorum ſignis (ſimulachrisq
rima altaris latera decorabant) crucia
bus cæſim & punctim pleraq; vulnera
(fœdiſſime perforauit) haud abſimil
qui maiore interdum cædis libidine
fame penitus in ouile indefenſum gr
Hactenus Schelkropff debacchatus eſt
vero ſequuntur ad vindictã diuinam &
culum ipſum pertinent. Terrificus
admirabilis ille cruor, quem hic tibi
licet, ſubito ex vulneribus à crudeliſſ
lo ſicario paſſim illatis effluxit, ceu nõ
ſimulachra (muta ſigna) ſed viui hom
am iniuriam perpeſſi forent. Crederes
ipſum tanto ſcelere appetitum quod
do indoluiſſe (tanti facinoris immanita
latum condoluiſſe quodammodo) ta
pendo miraculo veluti manifeſta dolo
feſſione piorum animos ad vindictam

Christi imaginem (ligneam ſtatuam) prô nefas, ſceleratiſſime crudeliſſimeq; tractat.

Res prorſus admiranda, Ex læſis percuſſiſque imaginibus ſanguis effluit & terram cruentat.

endam animaſſe (ad vltiorem ſceleris excitaſſe). Schelkropff autem iam expleta impietate ſua, ſiue nutu Dei affixus (vi diuina detentus) ſiue ipſo cruoris miraculo exterritus, inde pedem non mouit, donec à ſuperuenientibus (ab illis qui religionis cauſſa in ædem ſacram venerant, ſtragemq; illam attoniti viderant) in flagranti crimine deprehenſus & in vrbem Moguntinam captiuus deductus eſt, non iam ſuæ ſed diuinæ iræ memor, anxiuſq; metu pœnarum, quas paulo poſt dedit, non quidem flagitio ſuo reſpondentes (non enim tantæ impietati par ſupplicium excogitari poterat) ſed quas homini homines infligere debuerunt; viuus enim in conſpectu populi exuſtus eſt, nõ longe ab vrbe eo in loco quem Iudæorum arenam vulgo appellant, quod Iudæi quondam cadauera ſua illic humare ſolerent. Hac morte impijſſimus ille Schelkropff conſumptus eſt, imagines vero vulneribus & cruore (furialis iniuria barbari, & fuſi miraculo cruoris) inſignes ab ædicula illa veteri ad hoc templum D. Virginis, vel S. Crucis ſumma veneratione ſacerdotum manibus tranſlata fuerunt, vbi in hodiernum vſque diem terrificus ille cruor viſitur, & admodum religioſè colitur, multique mortales variè afflicti ſuſceptis votis Dei Opt. Max. clementiam experti & ſalutẽ adepti ſunt. Extat de hac ipſa re prolixum & elegans carmen Theodori Greſemundi, in cuius fine, inter alia complura epi-

Nefarius parricida ſe loco mouere non poteſt.

epigrammata inſertum eſt diſtichon, negotij ſummam, & numerum anni qu tigit complectens

A LVDo LVſVs sCheLkropff ſta foſſat,

Perſtat, tentat Vr, Igne CreMatVs

Sunt quoque qui affirmant perac nore brachium ipſius Schelkropffij di ſe, neque in hodiernum vſque diem las & gramina iſtic loci vbi facinus ad eſt ſuccreſcere potuiſſe.

R.P. Serarius Moguntiacarum reru cap. 31. deſcribens hoc templum S. quod inſigni hoc miraculo nobilitatu ait: annis abhinc 12. poſuerunt duo Ser mi Bauariæ Ducis GVILELMI, tanto digniſſimi filij (hîc perilluſtre votū ch um). Exſcribā hic totū, prout illud ſu nu elegātiſſimè χαλλιγράφοι optimi ſcri

### AD CRVCEM MIRACVLO IN*gnem votum.*

PHILIPPI & FERDINANDI B Ducum.

*Ergóne, te lignum, ligni cæleſtis imago*
*Ira furens petit, & ſcelerata cæde cruenta?*
*Aſpicimus pauidi caput à ceruice reuulſum*
*Et vena haud ſolita manantis ſigna cruoris.*
*At circum toto pendentia pariete dona*
*Votiuaſq; tua teſtes opis vndiq; ceras.*
*O vltore Deo ſanctum, o venerabile lignum*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*En! te ſubmiſſi ad terram veneramur, & ara,*
*Et tibi ſupplicibus defigimus oſcula labris,*
*Et pia ſuſpenſa teſtamur vota tabella.*
*Serua ô (nam ſeruare potes) crux alma* Philippum
Ferdinandumque *Ducis* Gvilhelmi
*pignora Boij.*
*Seruati meritos olim referemus honores.*

Nota Sereniſs. & Reuerendiſs. Principum perilluſtre pietatis monimentum.

Philippus Epiſcopus Ratisbonenſis, &c. & Ferdin. fratres, &c. poneb. & ſcr. in reſidentia Mogunt.

Anno 1536. Senatus Auguſtæ Vindelico- 12.
rum, inſtigantibus nouæ doctrinæ præconibus, vniuerſo vrbis clero mandauit vt ante ſolis occaſum vrbe excederet. Eodem igitur (impij huius edicti) die circa horam vndecimam reuerendus ac nobilis vir D. Philippus N. Decanus Eccleſiæ Cathedralis templum idem, cui ipſe præerat, ingreditur, viſurus quid rerum in eo molirentur (ad hæreticorum vel inſidias explorandas, vel maleficia ſi poſſet, coërcenda, prohibendaque). Cumque altaria omnia illæſa videret, ſtatuas quoque illæſas & inuiolatas vnum in locum congeſtas, tandem videt quendam D. Virginis matris ſtatuam pallio cæruleo (palla cærulei coloris) coopertã ac iuxta chorum ad parietem erectã, inuadere & cõfringere conantem. Quem cum grauiter increpaſſet illeq; alio ſe (& pudore & metu) proriperet, mox (in medijs fugę conatib.) furijs parthenomachus

Ex libello an. 76 Pariſijs impreſſo apud VVilhel. Merlin.

Mirabile ſuppliciũ de hæretico imaginum vexatore ſummis diuina manus.

machus ille & Oeſtro corripitur (horribi
agitatur, & fulminato lymphatoq́; ſimil
& vultũ fœda ſpecie contorquet) interi
tuſq́; quid ſibi accidiſſet, hoc ſolum re
dit. Mulier ceruleo pallio (amictu) veſti
inſecuta manu me pupugit (perculit) ac
dem durante inſana mentis impotentia
rore exſtinctus eſt (in illa bacchantis ani
mentia & iactatione latro miſerrimus e
li.3.c.20. uit). Hæc nobis retulit, inquit D. Tilm
denbachius, primarius quidam Princip
ctoris cõſiliarius, multis honoratis viri
ſentibus.

13. In Monaſterio montis S. Ruperti v
D. Trim. quieſcit corpus S. Hildegardis (quæ D.
Bredenb. nardi vixit ætate) prope ciuitatem Bi
lib 3.c.21. infra Moguntiam (Moguntiæ conterm
contigit Anno Domini 1302. quendam
tem animo ſacrilego in templum irr
Cumq́; apud altare quoddam imaginem
ginis Deiparæ depictam videret, qua
ctore (circum pectus) quinq; gemmis cry
linis (ex cryſtallo) decorata erat, pror
Virginis potentiam ſentit & numen, humani diuiniq́; iuris violator ſeu Sacrilegus.
imaginem, & gemmas quatuor ſcalpe
xauit & (vi auellens) extraxit. Cum
ad quintam ſimili modo (inexpiab
meritate & rapacitate) luxandam pro
retur, ecce intemeratæ virginis caſtiſſi
nimus, non ſuſtinens hoſtilem in ſacra
pectore contrectationem, excanduit, i
doq́ue prodigio mox ex quintæ gem

cula, quæ ſacratiſſimis imaginis vberibus inhęreat, ac pectori monile erat, lac & ſanguis profluxerũt. Sacrilegus miles (prędo nefarius) viſo prodigio expalluit, arreptoq́; puluere fluxum (curſum defluentis ſanguinis) ſiſtere (obſtruere) conatus eſt, nec potuit quin lacteus ille ſanguineuſq́; liquor magis magiſq́; proflueret (quo magis ſanguinis venam lactiſque riuum obturare cupiebat, tanto vehementius ſanguineus ille liquor & lacteus profluebat) moxq́; præ mentis inopia (præceps amentia) in profluentem Nahum procurrit, ac ſeipſum miſer ſubmergit (ad fluuium curſum intendit, & ſe in illius aquas improbiſſimo lethi genere moriturus iniecit) in virginem Deiparam impius, in ſeipſum crudeliſſimus. Lacteus ille ſanguineuſq́; liquor à ſanctimonialibus iſtius loci (monaſterij) collectus vitroq́; exceptus in ſacrarium diligenter repoſitus eſt, vbi etiamnum cum dignitate reſeruatur, & à multis religioſè cum pietate & votis inuiſitur.

Prodigij magnitudine terretur.

Iconomachus ſeipſum ſubmergit.

Circa annum Chriſti 1577. Cum paſſim in toto penè Belgio Iconomachi in templa & imagines irruere cœpiſſent, contigit in celebri quodam pago Lokeren appellato, quatuor milliaribus à Gandauo diſſito quendam D. Virginis Deiparæ ſtatuam inuadere ac demoliri (ex alto deijcere ac deturbare) Cumq́; magno labore tandem imaginem luxaſſet, 14.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

decidens illa, ſuiipſius caſu vindictam [illegible]
xit Iconomacho. Nam caſus iſte ima[illegible]
nutu diuino ſic accidit, vt puellus iſte [illegible]
ſtus dominus, quem virgo mater vlnis g[illegible]
bat, quantumcunque antea blandulus, [illegible]
vltrici manu (quam arte ſculptoris p[illegible]
ſam habebat) recta in caput ipſamque m[illegible]
lam Iconomachi impingeret, eandemq[illegible]
lut armilla quadam acuta perforaret, [illegible]
pueri Ieſu, cuius erat effigies imagini m[illegible]
vt ſolet adiuncta, manus ingenio artif[illegible]
tè protenta in ſacrilegi & caput & ma[illegible]
vehementer impegit, & eam velut a[illegible]
mo gladio perforauit). Hiſtoria ab o[illegible]
& fide dignis teſtibus in conſeſſu hon[illegible]
rum virorum nobis relata eſt, ait D. Ti[illegible]
Bredenb. lib. 3. collat. ſacr. c. 22.

Imago diuæ matris præcipitãs gratiam refert meritorum Iconomacho.

Filius & generoſus & fortis matris iniuriã colapho & ſanguine vindicat.

Iob. 40. Pſal. 31. in chamo & c

15. Idem ſcribit c. 27. dicti libri: Public[illegible]
torum ſermone editiſque ſcriptis conf[illegible]
que etiamnum hodie ſuperſtites ſunt [illegible]
de digniſſimi, qui nobis retulerunt, [illegible]
tempore cum Goeſij in Belgio tumult[illegible]
tur & Guilhelmus Comes Montenſis A[illegible]
giæ Principis Guilhelmi ſororius Mo[illegible]
rium Franciſcanorum prope Embric[illegible]
eiuſdem Comitis Maioribus, vt fertur, [illegible]
dam religioſè fundatum, demoliretur, [illegible]
ius demolitionis per menſes aliquot [illegible]
ſiuè durantis poſtremos actus ego ip[illegible]
vidi) quendam hominem nouis dog[illegible]
bus dementatum ſuperueniſſe, & om[illegible]

iam ſtatuis, imaginibus, & altaribus vaſtatis & exturbatis, inueniſſe adhuc reſiduam ibi ſtatuam D. Antonij. Quam iſte protinus proterua manu corripiens in terram colliſerit, pedibuſq́; conculcauerit, & quibuſcunq; poterat modis exagitauerit. Euenit autem vt forte aſſiſteret mulier quæpiam Catholica, quæ hominem compellans, ait: Quid in te peccauit D. Antonius, quod ſtatuam eius tàm indignè exagitas, ille protinus in proteruam hanc vocem prorupit: Quid tu mihi obſtrepis de S. Antonio? Si quam ille vim aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora, è veſtigio iſte in ſanctum blaſphemus, igne ſacro, quem vocant D. Antonij, corripitur, totoq́; corpore vſtulatur, & tandem ſacro igne totus Deo vindicante excarnificatus, animam exhalat.

Anno illo Goeſiaco 1566. cum per Belgium paſſim Iconaclaſtæ in venerandas Sanctorum imagines deſæuirent, Buſciducis accidit quoſdam D. Antonij imaginem gladijs, aſcia, & bipennibus in fruſta concidere vt incendio via publica abolerent. Verum quid accidit? non certe impune tulere impij: è veſtigio namq; illa peſte quam D. Antonij iam olim appellamus Chriſtiani (quòd illi depellẽdæ ſint eius apud Deum pij experti ſæpè patronũ) corripiuntur, totoq; vtriuſq; corpore inſtar granorum piperis peſtilens ille ignis ebullit, domũ ſeſe recipiunt infelices quorum

16.
D. VVilh. Lindanus li. 2 de fugiẽdis idolis c. 1. & Apol. ad Germ. tom. 2. c. 11

plaga ſocij deterriti rogum deſerunt trepi
Tam atroci atq; voraci conſumebantur
ſeri totum per corpus incendio, vt poſt
impiam efflarint animam, & funeſta reli
rint cadauera variorum colorum ſtig
bus, ceruleis, praſinis, atris inſignita
tàm eſt tota vicinia notum, vt plurimos
ius rei non ſolum audierimus cócordito
ſtoriam ad viuum depingentes, additis
Id.li 2.c.1. de fug. idolis. tam ſacrilegorum quam familiarium n
nibus, ſed publici etiam viderimus Nota
de non indigni neq; obſcuri teſtimonia

Anno 1576. 21. Iulij dum dux Alenſ
frater Regis Franciȩ eſſet in vrbe (Gallia
ſtillon, & excubiæ pedeſtrium copiar
villa quæ dicitur Soulci, à dicta ciuitat
plus minus miliari diſtãte agerentur,
lites malè feriati deprehenderunt præ
bus imaginem B. Antonij in petra erecta
poſt multa ſcandala, ludibria & dicteri
am congeſta, caput quidem imaginis
manus vero armarunt hallebardia, tal
execrandis blaſphemijs euomentes.
quid vales, ſi qua tibi poteſtas in præ
nunc eam demonſtra contra nos, ac
fende. Quo dicto ſuis armis imaginem
tunt multis ictibus. Quibus non cont
nus eorum bis aut ter diſploſa bóbard
ginem illam oppugnare aggreditur,
faciem inter meatum & inferius labrum
latus globulo tormentario lacerat ſacri

at non impunè. Nam eodem momento ille impius magno eiulatu clamans horridumque eiulans: totus, inquit, ardeo, totus comburor, ſtatimque prolabitur in terram mortuus. in cuius facie eodem loco vbi imaginem globo violarat, vice reddita, ignis ſcelerum vindex, qui totum inde os replebat, velut via facta erumpens, perluxit, eum deuorans, etiam cum iam miſeram exhalaſſet animam. Secundus vero non minus ſentiens Dei omnipotentis manum exclamat quoque ignis vim ſe ferre non poſſe, volenſq; inteſtina tormenta per aquam effugere in torrentem proximum præceps inſilijt, nec Dei tamen præſentiam effugit. Nam ſtatim aquis ſubmerſus & ſuffocatus interijt. Porro tertius cernens ſuorum miſerabilem exitum, ſui impos, ac totus exanimis humi affligitur, ac deportatus in proximam domum totus feruentiſſimis febribus æſtuabat, adeoq; violentis vt miſerum de ſe ſpectaculum omnibus exhiberet. Cuius miſeria permoti cognati, amici maximè & commilitones Catholici, ad templum velut ad aſylum confugêre, Deo patri (ſacerdote perquiſito) ſacrificium mediatoris ſolemni cantu coram imagine S. Antonij immolare, ac vnanimiter caterua tim proruentes tàm milites quàm dicti loci incolæ, Deum ſumma animi deuotione pro miſeri fratris ſalute comprecari, poſtque ſacrificium & multas preces afflictum inuiſere, præmiſſiſque multis alijs orationibus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aquam ei benedictam ſacerdos adſperge
E veſtigio ille miſer ſibi redditus, crime
noſcit, Dei miſericordiam inclamat, a
nus tendens in cælum humilibus ac ma
precibus ſuum errorem profeſſus, accu
omnium deprecationes ſupplex ambit,
pro ipſo Deum clementiſs. interpellent.
defuit diuina miſericordia, nam ſtatim p
nę valetudini ac menti reſtituitur, eaq; e
num hodie fruitur. Hæc veraciter ſubo
plus quam trium millium hominum p
geſta docent, quam reuerentiam venera
ſanctorum imaginibus debeamus. Nam
numen in illis nullum ſit, tamen eorum
bis refricant ſubinde memoriam quos re
ſentant, ac ad glorioſa Dei in ſuis ſanctis o
ra collaudanda eorumque pia patrocini
ploranda pleroſque Chriſtianorum exſti
lant. Quin & contumelia illata ipſis in
ſanctos, imo in communem dominum
dundat, qui hic aliquando etſi ſilere u
tur, non tamen ſilebit ſemper.

17. Baronius refert anno Chr. 1017. Rom
ventorũ ita eſſe cõcuſſam vt penè omnes
mani ſint mortui tam Chriſtiani quam I
quia Iudæi in Synagoga ſua imaginem C
ſti in Paraſceue deluſerunt, ſicut fecera
mino parentes eorum, vbi autem iuſſu
illi qui hoc fecerant decollati ſunt, ceſ
runt venti.

18. Lubeca accepi à Canonico quodam co

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

to F. Laurentij Surij Carthuſ. eiuſdemq; cognominis talem hiſtoriam: Ludimagiſter ſummæ ædis Lubecenſis Lutheranus profectus fuerat ſuperiori menſe in patriam ſuam Parrhai, oppidum eſt ducatus Megapolenſis, vbi dum aliquãtiſper hæret videt inſolens quoddam ſtratagema μεγαλομάρτυρος S. Georgij. Curabant prouiſores innouari templum D. Gregorio olim ſacrum, pictor minus bene de ſanctis ſentiens dum colores ſuos vult excoquere accipit ſtatuam S. Georgij, eamque in partes diſſectam ollulis ſuis ſupponit, vix incaluerant ollæ, & ecce tibi tantus incipit in omnibus eius membris ignis ardere, vt videretur ſibi Vulcanum in ventre habere. Volutatur humi, templumque inconditis clamoribus replet, inde domum tranſportatus lento calore duobus fere continuis menſibus ita crudeliter exuſtulatur, vt, necdum mortuus, damnatorum cruciatibus exerceri videretur, tandem horrendo quodam boatu ſtridoreque dentium edito, animam efflauit. Territus Ludimagiſter tàm tetro ſpectaculo, cœpit paulo melius de ſanctis ſentire, quos prius exiſtimarat ſopitos more glirium non tangi vlla cura rerum humanarum. indoluit etiam quod petulantius nonnunquam linguam in eos exercuiſſet, dum Vicariam ſuam operam in concionibus verbi miniſtris præbet.

Ex litteris doctiſſimi ac prudentiſs. viri. 11. Octob. An. 1600.

19. Sigebertus ait: Hoc tempore (an. Chr.
Iudæus quidam imaginem ſaluatoris de
cleſia furtim deponens eam telo transfix
iam dum in domũ ſuam deferens, cum v
flammis exurere, ſe ſanguine imaginis cr
tatum videns prę ſtupore eã abſcondit. Q
Chriſtiani requirentes, & per veſtigia ſa
nis inuenientes eam ſanguinolentam re
runt, Iudæum vero lapidauerunt.

20. Michaël ab Iſſelt lib. 14. Mercurij G
Anno 1595 belgici ex Franco fidei Catholicæ adu
rio: Quidam ait, in oppido Montani (
Sept. Veneti ſcribunt) auſus eſt ſtricto gl
ſtatuam B. Mariæ Virg. ferire, è vulnere
ſanguis effluxit quo cũ multi cæci, ſurdi,
di, & qui alijs vitijs & morbis laborant, ſa
tur, exiſtimat prædictus Miahael ab Iſſel
eandem eſſe imaginem de qua virum n
nominis Spira ſcripſiſſe aſſerit: impius
dam cum de dicta imagine & ijs quæ
fieri dicebantur audiſſet, vt illuderet e
mentum oculis captum eo adduxit, viſu
reſtitui petiturus, Beſtiæ lumen reddi
illuſori adimitur.

21. Mulier vt ſanitatem corporis quam
ſerat recuperaret, veſtes ſuas pretioſio
liaque cimelia quædam ad dictam imag
deferens ei obtulit, ſanitatemque recupe
poſt pœnituit eam oblationis, donaq; m
& voluntate repetebat, & ecce omnia
uinitus reſtituuntur, dona ſcilicet atq;

tudo. Pedemótanus quidam hæreticus equo 22.
illac iter agens forte fortuna aurigam quen-
dam obuium habuit vehentem lateres. Ro-
gat quò lapides vehat? reſpōdit auriga, ad hūc
ſacrum locum vt D. Virgini templum ædifi-
cetur. Quin potius, inquit ille, vt hara porco.
vix locutus erat cum terra dehiſcens equum
& ſeſſorem collo tenus abſorbuit, totumque
triduum ita demerſum retinuit, quouſq; ite-
ratis precibus ab eadem virgine ſuperis reſti-
tutus eſt, &c.

Anno Chr. 1525. cum Lutherani cathedram 23.
cathedralis Eccleſiæ D. Virginis Erphordiæ
vi inuaſiſſent & iam ad tempus occupaſſent,
concionator quidam nomine Ioannes Culſa-
merus conſiſtens in cathedra ac digito mon-
ſtrans ſtatuam B. Virginis ſub maximo orga-
no conſiſtentem, in has blaſphemas erupit
voces: Non quieſcam, nec dormitum ibo an-
tequam idolum illud (ſtatuam D. Virginis in-
telligebat) ex hac æde Baſilica eiecero. Sed
ecce ſubito ignis ſacer digitum ipſius inuaſit,
& eadem nocte ſubita morte exſtinctus eſt.
Statua autem SS. Mariæ in eodem loco per-
manſit.

Circa idem tempus cum Senatus omnium 24.
Cœnobiorum & Eccleſiarum ornamenta in
curiam ferri iuberet, etiam argenteas tumbas
duorum patronorum, SS. Eobani & Adala-
rij, ſub hoc ſpecioſo prætextu, ne tempore ſe-
ditionis præda fierent impiorum; aurifabro



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prope Prædicatores habitanti oblata eſt ma-
gna argentea ſtatua S. Mariæ in ſole, vt
liquefaceret, & monetam ex ea cuderet
(quia peſſimus erat hoſtis Eccleſiæ Catholi-
cæ) ferreo malleo magna vi incipit con-
dere faciem ſtatuæ, & blaſphemo ore di-
Sic coërcenda ſunt idola Papiſtarum, &c.
ſubito occæcatus eſt, & mendicus man-
ad mortem.

## *POENAE IDOLOLATRIÆ.*

1. QVia Achabus Rex Hebræorum Iero-
3.Reg 16. mi idololatræ veſtigia ſectatus eſt (ad ſ-
Ioſ.6. 
vi.de Tem- tilem vxorem duxit, Hieruchuntem v-
plis Ex.1. iuſſu Dei euerſam inſtaurauit, Baali tem-
Bern. iuſti- &lucum dicauit, &c.) in prælio aduerſus
tia Dei ali- Regem ſagitta inter pulmones & ſtomach-
ud iudica- ictus ex eo vulnere non ſolum vitam a-
re non po- ſed cruorem etiam ipſius humi effuſum
teſt niſi quæ nes linxerunt. quia corde deaſtris ſer-
merentur meruit vti ſanguis ipſius canum ſepeli-
opera no- viſceribus.
ſtra.

2. Quia Manaſſes Rex oppidatim ſace-
4.Reg.21. ſtruxit idolis, & in montibus omnia d-
nijs dicata refecit altaria, &c. in aula a-
ces, veneficos, &c. habuit, valde mul-
fudit ſanguinis innocentis, & idolum in
plo Domini poſuit, Deus permiſit v-
met miniſtri filium primogenitum p-
iurationem interficerent, & præconi-
vrbe Hieroſolyma fieri iuſſit huius

tiæ: quoniam Manaſſes Rex, &c me contem-
nere & ſolus omnium peccata perpetrare au-
ſus eſt, vni ipſi pœnas quas irrogare omnibus 2. Par. 33.
conſueui irrogabo. Ducitur vinctus in Ba-
bylonem, &c. Recte ergo Leo: facile Sa-
tan in omnia flagitia impellit quos in religio-
ne decepit. Et: in paruis rebus negligens
vltor, grauem ſe ad maiora vindicem ſer-
uat.

Cum Iulianus apoſtata conaretur tem- 3.
plum Hieroſolymitanum in gratiam Iudæo- Anno
rum inſtaurare, vt eos ad ſuam impietatem Chr. 363.
(ad ſacrificia & cultum ſimulachrorum) per- Chryſoſt.
traheret, & quia ſimul fore ſperabat vt Chri- adu. Iudæos orat. 8.
ſti ſententiam fruſtraretur, quæ non pati- adu. gent.
tur templum illud inſtaurari (Matth. 24.). in Matth.
is qui comprehendit ſapientes in ipſorum a- hom. 4. in
ſtutia protinus ipſis factis declarauit illi act ap. ho.
quod Dei decretum omnibus eſt potentius, 41. Greg.
quodque valida ſunt opera ſermonum Dei. Naz orat. 2. in Iul.
Nam ſimulatque artifices hunc impium co- Ruff. lib. 1.
natum tentaſſent, cœpiſſentque nudare fun- c. 38. 39.
damenta, multamque terram exhauſiſſent,
reſtaretque vt iam ſtructuram aggrederen- Dan. 9. vſq; &c.
tur, protinus ignis exiliens è fundamentis
exuſſit multos, & intempeſtiuam pertina-
ciam interrupit. hæc Chryſoſtomus. Socra- lib. 3. c. 17.
tes addit: ignis cælitus demiſſus omnia opi- Simile qd
ficum inſtrumenta abſumpſit Etenim vide- ipſis accidit, ait Gre-
re licebat malleos, ſerras, ſecures, aſci- gor. q Sodomitis
as, denique omnia quæ opifices habebant (Ge. 19) aug

ad

etiam Nadab & Abiud nouo & alieno more thura adolentib. (Nu. 16 4.

ad opus perficiendum idonea, flamma in
dio vaſtata, totum diem ignis iſta depaſt
At nō tantum terræmotu & igne exturb
diuinitus fuiſſe opus, ſed vehementi ve
rum vi oborta materiam preparatam eſſ
iectam. Theod. affirmat. li. 3. c. 17.

Cum daretur Gentilibus Aegyptiis, à
liano apoſtata ſoluta licentia orgia cele
di & alia à Chriſtianis principibus veti
re factitandi, erant aliquando (ait Eu
in circuitu S. Apollonij (monachi) po
cem circiter gentilium vici apud quos d
niaca ſuperſtitio ſummo ſtudio cole
Templum ibi erat ampliſſimum atque
ſimulachrum quod moris erat circum
ſacerdotibus bacchantium ritu cum r
multitudine circumeuntibus & quaſi
quis impetrandis profana myſteria pe
tibus. Contigit autem ſub eo tempor
huiuſmodi ab eis orgia gerebantur ite
re B. Apollonium per ipſa loca cum a
fratribus. Et cum vidiſſet infelicium
quaſi dæmone quodam agi debacchari
campos, miratus errorem eorum fixis
bus inuocabat Dominum & Saluatore
ſtrum, & omnes eos qui cæremonijs d
niacis agebantur cum ſimulachro ſuo
fecit immobiles, nec progredi omni
quam poſſe, atque ita per totam diem
diſſimis aduſti æſtibus permanſerunt,
rantes vnde eis hærere vno in loco im

In vit. Patr.

liter contigiſſet. Tunc ſacerdotes eorum dicebant quendam Chriſtianum in regionibus vicinæ eremi cõmorantem, Apollonium nomine, hæc præſtitiſſe, qui niſi eſſet exoratus, eis periculum permanſurum. vt autem ad rei tantæ miraculum conuenerunt vndiq; qui audierant, & percunctantes quæ tanti cauſſa extiterat monſtri ignorare ſe penitus fatebãtur, ſuſpicionem tamen dari ſibi dicunt ſupradicti viri, quẽ & exorari pro ſe depoſcunt. Tunc quidam ex ipſis vere eos opinari ait: nam & vidiſſe eum illo itinere prætereuntem confirmat. attamen adhibere quæ putabant prodeſſe auxilia non morantur. adducunt boues, quorum virtute videretur moueri poſſe ſimulachrum. Sed cum nec ſic aliquid profeciſſent, omni auxilio fruſtrati, legatos ad hominem Dei mittunt, pollicentes, ſi eos reſoluat ab his vinculis pariter quoq; erroris vincula diſſolui. Hæc vbi nunciata ſunt ei, ſine mora deſcendit ad eos & oratione ſola ad Deum fuſa omnes reſoluit. At illi ſine dilatione vnanimiter omnes confugiunt ad eum, Saluatori Deo noſtro credentes & gratias referẽtes. Simulachrum vero quod erat ligneum continuo igni tradunt: ipſi autem ſecuti ſunt hominem Dei, atq; edocti ab eo fidem Chriſti Eccleſiæ Dei ſociati ſunt, plurimi vero ex eis etiam nunc in monaſterijs degunt. facti huius mirabilis fama vbiq; diffuſa eſt, & multi per hoc ad fidem Domini conuertebantur,

ita

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ita vt in regionibus illis nullus iam peſti-
tilis remaneret. Hæc Euagr.

5\. An. Chr. 380. cum Feſtus proconſul...
idolorum cultui ſe dediſſet, mirando...
diem clauſit extremum. Nam, vt ait Eu...
us, qui & ipſe Deorũ culter erat, Eumen...
delubrum accedit, ingreſſus ad eas narr...
ſum ſibi ſomnium atq; inter narrand...
crymis viſum aſpergit. Dicebat Max...
(Philoſophum, Iuliani apoſtatæ magi...
qui ſub Valente accuſatus magiæ male p...
numella collo iniecta viſum fuiſſe ipſ...
orcum pertrahere ſiſtendum Pluton...
dicio. qui aderant conterriti, vitamq...
totam recolentes, lacrymas quiſq; prof...
fuſas ſiccabant, iubebantq́; veniam & pa...
Deabus precari; ille dictis audiens, vot...
Sed dũ egreditur ipſe cõcidit humi, do...
relatus confeſtim exſpirauit.

*Miſerandus interitus idololatræ.*

6\. Anno Chr. 404. Sæculares ludi (qu...
les perpetuitatis vrbis & felicis eius ſta...
ciliatores dicebant eſſe gentiles, Con...
nus vero magnus penitus abrogauera...
miſſu Honorij Imp. non ſine dedecore...
ſtiani nominis & ſumma imperij iactur...
ti ſunt. Nam eo ſcelere ad excidium vrb...
um ſolicitauit. Paucos enim poſt anno...
Gothis Alarico duce dedit capiendam...
prædandam. Quia, inquam, quæ tot le...
Chriſtianorum principum prohibita...
gladiatorum ſpectacula, & quæ ne fier...

*Prudent. adu. Sym. lib. 2.*

dem

dempta fuerant ſanguine martyris, ſunt iterum reſtituta ſub Honorio ab ipſis Gentilibus, & quidem ſolemni ritu, voluit Deus hæc facinora Romano ſanguine per Gothorum gladium expiari. Anno enim Chriſti 409. ab Alarico Gothorum Rege Roma obſidetur. Cum autem obſidio arctior perduraret, fame peſteq; populo Rom. vexato, interclusis omnib. cómeatibus vi adacti ſunt Romani obſeſſi auro pacem redimere, atq; in hunc finem coacti ſunt exhauſto ęrario ſpoliare Deorum ſimulachra, auro & gemmis, quibus recens fuerant exornata. Hoc autem iuſto & æqua lance librato diuino accidit iudicio.

Quid enim profuit Chriſtianorum impp. ſanctionibus & ſæpe promulgatis edictis iteratiſque crebro reſcriptis claudi templa, aras diſiјci atq; ſimulachra confringi iuſſa fuiſſe, cum tamen omnibus his contemptis ac pro nihilo habitis tantum abfuit vt à ſimulachrorum cultu ſe abſtinuerint, quod perfractis idolis alia pretioſiora ſuffecerint, atque omni genere ornamétorum nobilitarint. Nó, certe non eſt humanarũ virium diuinum cóſilium irritũ reddere, vel Deum fallere, & diuina decreta eludere. Æt cum ad hoc Chriſtus veniſſet in mundũ vt diſſolueret opera diaboli ac idololatriã penitus aboleret, hi vero crediderint Dei conſilium poſſe diſſolui, merito ipſi idolorum cultores (vt, inuiti licet, diuinę obtemperarent voluntati qui iam imperatorum 1. Ioan. 3.

edicta

edicta contempſerant) eo neceſſitatiſ
acti vt à barbaris coarctati ipſi pr
quod rogati vel iuſſi à Chriſtianis p
bus ac diuinæ legis Antiſtitibus fac
tempſiſſent. Quàm par fuit vt qui Chr
impp. parere renuiſſent cogerentu
bus barbaris iuſſa capeſſere & implere
ne quiſque iſta recto mentis obtutu
rans perſpicuè illud intelligat ad ho
ros immiſſos in vrbem vindices vtab
radicibus idololatriam funditus ex
Et magna Dei prouidentia factum e
dium & inuidiam Catholicæ fidei ve
clades vrbis, cum non per Catholico
fideles id patrari voluit, ſed per bar
impios Chriſtianos eoſdemque reie
à communicatione fidelium diſcretos
dos Arianos, qui ad hoc à Deo delecti
quæ ſuæ voluntatis eſſent, ceu lictore
tes principi, exequerentur. quibus a
teſt quod olim dominus aduerſus ido
exprobrans per Hieremiam ita fuit
Cap. 25. tus: Miſit dominus ad vos, &c.

Anno Chr. 410. Roma ab Alarico
li. 7. c. 39. ta, & clariſſima vrbis loca, ait Oroſius
nibus diruta ſunt quæ inflammari a
Tom. 5. annal. bus nequiuerant. vnde Baronius: Q
ait, iſta alta mente conſiderans non i
haud aliam ob cauſſam à Deo ingredi
ſum in vrbem Alaricum, quàm vt in
niam idololatrarum pararet nobilem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis Chriſtianæ de gentilitate victa atque pro- Pſal. 28.
ſtrata triumphum? Sic Deus voce ſua interci-
dens flammam ignis, & quod in ea lucis eſt at-
que ſplendoris ab incendio illatæ cladis ſe-
gregans, Chriſtianis illuxit, incēdium autem
in impios ſiuit impetu barbarici furoris lon-
gè lateq; graſſari: vt, non ſecus ac olim percu-
tiente Deo Aegyptios, planctus eorum in au- Exod. 8. 9.
res omnium increbreſceret, contra vero in
terra Geſſen pij immunes eſſent cantantes in
vijs domini, adeo vt vox exultationis & ſalu-
tis in iuſtorum tabernaculis audiretur, in ip-
ſis inquam Chriſtianorum Eccleſijs, in quas
edicto Regis tutum pateret effugium: vt nun-
quam plane nobiliorem viderit Roma trium-
phum, vbi vno momento ad libertatem atq;
ſalutem tot aſyla libertatis ac ſecuritatis ſedes
fuerint reſerata quot erant in vrbe Chriſtia-
norum Eccleſiæ: Non defuit tanto triumpho
pompa, longo itineris ductu procedentibus
ac pręcinentibus Deo laudes innumeris Chri- Eſa. 14. E-
ſtianis, ex victis vno momento magno mira- runt capi-
culo victoribus redditis. Qui enim ceperant entes, &c.
illos Gothi quiq; aurum barbarico exigebant
imperio ijdem ipſi, reuerentia ſubacti numi-
nis, ſacris vaſis humilem exhibent famula- Ecce in ip-
tum, aſſeruant, portant, atque ad baſilicam a- ſo graſſa-
poſtolorum principis fida cuſtodia exertis tionis im-
gladijs comitantur armati, vt plane apparue- petu furen
rit diuina potentia, impellente numine, vin- tes barbari
centes barbaros ceu captiuos conſecutos eſſe redduntur mites & obſequentes.

victores quos ceperant Christianos. Ip
ipſi Gothi Ariana imbuti perfidia ortho
xorum implacabiles hoſtes & hæretico
omnium crudeliſſimi cum iam liberum
cti eſſent imperium in ſedem illam (P
à qua ſcirent ſæpe ſe fuiſſe damnatos, om
exercendi ſæuitiam, tanto honore ex i
rato eius Eccleſias cumularunt vt non
ſolum illæſas eſſe voluerint, ſed etiam
as confugientes eſſe ſecuros, quin etia
vaſa ſacra inuenta, quantumlibet rabi
me inhiarent auro, illæſa tamen illa re
rint & cuſtodita, religioſeque ſeruata v
rint, exhibentes illis quod religioni de
tur obſequium, veritati ſeruitium, m
cultum & principatui famulatum, dum
clandeſtinè fuerant è baſilica Vaticana
ta & cum timore tranſlata, ſumma cu
gloria vehi, publicoq; apparatu reduci
ſecure deduci. Quam ſuperarunt tàm
gio facto Philiſtæos Gothi? Sublatam
1. Reg. 6. cam domini diuque retentam, non niſi
affecti, malis compulſi, coacti flagellis
reſtituendæ tandem conſilium inieru
que demum ignobili impoſitam plauſt
ſtiarum indomitarum eam trahentium
trio reliquerunt. Inuenta vero iſti, nō
lata vaſa, nec lignea, ſed aurea, dona m
Erubeſcāt & mirifica religioſiſſimi Conſtantini m
noſtri Se- ferre tantum, ſed nec tágere ea auſi, ha
ctarij dum ſunt, vbi erant, inhonorata relinqui, ſed
hęc legunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curarunt celebritatis pompa transferri, facti ijdem ipſi animati currus atq; ſimul ipſorum aurigæ. Addidiſſet & ſua Alaricus, puta, munera, ſed ſciebat à Catholicis reſpui Arianorum oblationes.

Vidit ne vnquã Roma talem triumphum? Spectauit illa ſæpius victores duces ſuos trahere victos hoſtes, & ſuperatos barbaros vinctos duci à militibus captiuos, nunquã tamen intuita eſt victos Romanos ad Iouem Capitolinum vincentes barbaros redditos obſequentes cum pompa perducere. Sed vidit hoc tempore in triumpho Chriſti tantum Roma miraculum, victores Gothos, Arianos hęreticos, hoſtes Eccleſię, imperij perduelles, truces barbaros ſpontaneo obſequio, lõgiſſimo itineris tractu ſequi victos, non in capitolium, vbi idololatriæ ſedes erat, ſed in Vaticanum, vbi veræ religionis ſuper firmam petram titulo Petri ſolida iacta fuerant fundamenta. Vidit (quod maioris gloriæ erat) Romanos illos idololatras, hoſtes licet implacabiles Chriſti, volentes ſed inuitos, refractarios ſed ſponte currentes, ſalutis cupidos concito gradu ferri ad eum qui Saluator eſt omnium nominatus. Hæc Baron.

## *IEIVNIA INDICTA NON OBſeruantes puniuntur.*

ANno 1575. in ſeptimana ſancta, milites comitis Ludouici à Naſſau contempta religione veteri carnibus paſſim veſcebantur. 1. Bredẽb. li. 7. collat. ſacr. c. 56.

*Funeſtus interitus exercitus Goeſſici in ſeptimana ſancta carnibus veſcentis & genio indulgentis.*

Quocirca D. Philippus Olmerus vir m[...]
experientiæ, magnæ pietatis, animi ſ[...]
reiq́; futuras quandoque præſentientis [...]
ter in domino defunctus: Parochum ve[...]
temporis agens in loco non valde à caſtr[...]
litum iſtorum remoto, ſuos confortab[...]
ſacrum quadrageſimæ tempus pergere[...]
ligiosè peragere, illos quidem diuinis h[...]
niſque ſanctionibus contemptis nunc ſt[...]
comeſſari, carnibus victitare, & lætari, [...]
gubre & funeſtum paſcha habituros, le[...]
ac ſuos fauſto ac felici paſchate gaui[...]
Quod & factum. Nam Catholicis, po[...]
ctos S. Quadrageſimæ labores, paſchale[...]
lemnitatem feſtiuis gaudijs celebrantib[...]
ce ſubito feria 4. paſchæ vniuerſus ille L[...]
uici exercitus cum ipſo Comite Ludou[...]
mnibusq́; anteſignanis cęſus & interfect[...]
paucis ſimis fuga ſaluatis. Adhuc eſcæ er[...]
ore eorum, & ira Dei adſcendit ſuper e[...]
gladius Catholicorum deuorauit carne[...]
carniuoros. *Hanc* ſtragem Gerhardus C[...]
dus in appendice hiſtoriarum Belgicaru[...]
annis Meieri his verbis ſuccinctè anno[...]
14. inquit, Aprilis die auxiliares copiæ[...]
Auraici vires nitebantur firmare, in e[...]
Mokenſi, vulgo auff der mocker Heyd[...]
hiſpanis fuſæ ſunt & diſſipatæ, præcipui[...]
citus duces, Ludouicus & Henricus Na[...]
comites, & Chriſtophorus Palatinus, nec i[...]
viuos nec inter mortuos reperti.

*Pſal. 77.*

Contigit prope ciuitatem Hadervvickum Catholicum quendam in die cinerum agere in diuerſorio inter hæreticos, qui cum ientaculum ſumerent & Catholicum inuitarent vt cum ipſis ientaretur, iſq; antiqua ieiunij religione ductus renueret, illi hominem dicterijs & contumelijs exceperunt, dictitantes ſi ſacrum audiſſet, iam faciliorem fore ad ientandum. Eueſtigio quidam ex illis proſiliens, Ego, inquit, operam hanc illi facile præſtitero, arreptumque orbem menſarium eleuauit in deſpectum tremẽdi ſacrificij SS. Euchariſtiæ, moxq; eleuata in altum brachia obriguere, vt ad ſe reducere non poſſet, pauloq; poſt in eodem loco exſpirauit, &c. 2. ib. c. 60. Interitus hæretici in S. ieiunij religionẽ & tremendum ſacrificum contumelioſi.

Bredenb. belli Liuonici pag. 27. hanc recenſet violati ieiunij ſed in cibi qualitate vindictã: Paucis ait, abhinc annis poſtquam Torpatenſes in Lutheranam doctrinam conceſſerant, feria ſexta ſolemne Paſchæ feſtum proxime præcedente finita Lutherani eccleſiaſtæ concione ciuibus è templo D. matri Virgini ſacro reuertentibus, quidam alium cõciuem & familiarem inuitat ad prandium, rogat vna domũ comitetur, habere ſe egregie paratum petaſonem VVeſtphalicũ alter parum abhorrens, reſpondet ſibi eſſe gallum opipare elixum quem cupiat in ſymbolũ adferre. Dum ad menſam accumbitur, alter os quoddam galli ambidere, volẽs imprudens pene ipſum deglutit, quod cum neq; tranſmittere neque 3.

eximere valeret, eo ipſo die ſuffocatur, ...
poſtridie Paſchæ malo ſpiritu corripi...
non multo poſt rabie ac furore exagita...
nimam vna cum dæmone exhalat.

## IGNAVI POENA.

Delr. diſq. mag. lib. 2. q. 76. ſe. 5.

FRanciſc. Picus Mirand. Comes in vi...
Pici patrui ſcribit, nō longo poſt ob...
Io. Pici tempore, ſpectrum Ioannis app...
ſe Hieronymo Sauonarolæ, eiq; dixiſſe,
queri ſe pœnis expiatorijs, eo quod no...
diligenter & fęcundè talentum ſibi à De...
ditum eruditionis & ingenij multiplica...
quia non quanti par erat feciſſet intern...
ſuggeſtiones inſpirationeſq;, quæ adhor...
tur honeſtos labores quos inchoarat no...
rumpere, & quæ ſibi animo propoſue...
inſtanter operari atq; perficere. Quæ Hi...
nymus mox in concione propoſuit, & ...
um precibus Picum commendauit.

Quid accidit (Matth. 25) nequiſ. ſeruo qui acceptū a patrefamilias talentū eum apud argentariā lucri cauſa deponere debuiſſet, prętimore iacturę ſeruauit intactum.

## IMMISERICORDIA ET DVRI... *in pauperes punitur.*

PEtrus Bizarus: In Sueuia, inquit, Ba...
& Franconibus finitima fuit quidam...
bilis valde diues & opulentus nomine...
bergerus, cuius annui reditus ſupra tr...
millia nummum aureorum extendeba...
Hic tametſi in reliquis vitæ actionibu...
vulgari laude dignus cenſebatur, ineffa...
men cupiditatę laborabat: eaque factum...

Auarus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vt quotidie opes per fas & nefas accumulare, omniaque ad ſe rapere ſtuderet. Cum itaque proſpiceret annonæ caritatem, quæ proximo anno in ea regione ſubſecuta eſt, ſua horrea tritico & frugibus impleuit, magnoque precio ea diuendere cœpit: adeo vt indigenæ cõpulſi ab eo victum emere, ob inexhauſtam eius auaritiam vel fame prorſus perirent, vel, ſi ali & ſuſtentari vellent ad magnam egeſtatem atq; inopiam redigerentur: tàm carè illis granum & eius generis reliqua diuendebat. Ad hunc, præter alios innumeros, venit quidam pauper & liberis onuſtus, cum ſex thaleris, eumq; rogauit, vt pecuniam acciperet, ac quandam tritici menſuram ſibi daret, ſeq; reliquam partem pecuniæ quam illi deberet breui bona fide perſoluturum: at ipſe hunc ſuperbo vultu & iracundis oculis intuitus à ſe protinus abire iuſſit, & quod reliquum erat pecuniæ ſecum adferre, ſi frumentum vellet, atque ita miſeras mœſtus, diras imprecatus illinc receſſit.

Paucis poſt diebus cũ is quendam ex famulis in horreum miſiſſet, vt illud de more inſpiceret, ab ipſo in reditu accepit tres nigros boues intus eſſe, qui granum deuorarent, qui autem hoc retulit, proximo die lecto decumbens haud multo poſt è vita migrauit. Idem quoque accidit cuidam generoſo quem illuc herus miſerat, vt videret an ita ſe res haberet, ſicut prior narrauerat,

*Hi dæmones erant in bouino ſchemate.*

*Creſcente pertinacia creſcit ſupplicium.*

Creſcente Is enim & boues & equos inſpexerat. Cu[m]
pertinacia gitur de hac re certior fieri vellet, ipſe[m]
creſcit ſup- eum locum proficiſci ſtatuit, iuitq; ad por
plicium. horrei, ibiq; per quaſdam rimas vidit to
horreum plenum varijs atque innumer
mentis quæ omnes fruges abſumebant. H
ſpectaculo ita perterritus eſt vt ſtatim f
ſus atque inſanus euaſerit, multaq; deme
fecerit, donec tandem cathenis aſtringer
Hic horribilis caſus magnam ſanè admir
nem attulit, cum in ea prouincia, tũ præ
Diſq. mag. in aula Cæſariana quæ illum antea prude
lib. 3. p. 1. q. ſimum cognorat. Triplici hac viſion
7. ſ. 1. Delrius, clemens Deus pœnam ſemper
gens pro culpæ modo patienter operib
& ad pœnitentiam reuocare nitebatur.

2. Diues ille purpuratus quia luxuriæ f
Luc. 19. ditus Lazari pro foribus iacentis non reſ
ærumnas, imp. pietatis pœnas tulit ſepul
inferno. Et qui panis micas de menſa c
tes non conceſſerat mendicanti, nec ip
ſtea in igne poſitus vel vnam aquæ gut
qua linguam refrigeraret valuit impetra

## *IMPATIENS INIVRIAE GRA ſimum incurrit periculum.*

Delr. diſq. ANNO 1590. Treuiris acceptam a
mag. lib. 6. ſcens iniuriam cum inſigni rer
c. 2. ſ. 3. q. 3. ctura à quibus minime debebat, fereb
quius quam Chriſtianum deceret, ita

atrox & mœroris immodicus cum ſub crepuſculum ſolus obambulat dæmonem haud occaſionum ignarum aut ſegnem, obuium habuit effigie viri nobilis, atro colore; exhorruit primum, ſed ſalus dicta timorem dempſit. Quærenti cauſſam triſtitię, reſpondet quod erat: tum dæmon præciſam omnem ſpem recipiendæ pecuniæ per validiorum potentiam interuerſæ, proin ſe ſequatur, cõpenſaturum omnia leui negotio: cui adoleſcens: à notis mihi & ab amicis imponitur, & habebo fidem ignoto, & quem nunc primum aſpexi? bone Deus. Hoc extremo dicto velut fulminatum monſtrum hominis in auram ceſſit. Poſtridie eadem hora idem agitanti, offert ſe mulier amœno cultu, orat breue ſpacium ſecreti receſſus, abnegat iuuenis, inſtantem repellit. Exin ſuadet illa proferat è cubiculo gladium & in aduerſum parietem impingat, recuſat principio, demum, neſcius quid ageret (aut cura abſtulerat mentem) morem gerit, inter feriendum parietem Deus benè vertat exclamat: hoc quoq; ſecundum fulmen dæmonem abegit. Redijt & tertio (hærebat enim adhuc infixa animo ſolicitudo, & pellex non deſerebat) mulierem aſſimulat pollentem ætate ac forma: in ſtuprum illicit laſciua voce, geſtuq;, nec ſe continet intra verba, vim adfert renitenti, vociferatur iuuenis, opem implorans: accurrentibus ſubito domeſticis improba facies euanuit: at ipſe confectus laſſitudine lin-

quente animo repertus: rogatus timoris ca- ſam & clamoris ne hiſcere quidam: adeo ... bat rigentibus oculis exanimatus, per m... etiam voce amiſſa: igitur collocatur in l... ac refouetur, ſimulq́; reuocatur animus a... ſu aquæ piacularis. poſtridie rem omnem ... ponit, & noſtrorum ſuaſu ſacris myſterii... ſecrata cera, cęteriſq́; armis formidatis d... lo inſtructus ita perterrefecit aduerſarium ... apparere deſierit. Bencius in litteris R... nis dicti anni.

## *DE HAERETICIS QVI IM... ſturæ ac fraudis pœnas dependerunt.*

I. CYrola in Africa Arianorum Epiſc... ſub Hunerico (Rege VVandal.) perſ... tore, ægerrimè ferens Catholicos Epiſc... (Eugenium, Vindemialem, Longinum ...) tutibus & miraculis clarere, vocatum ... quendam hominem, Ariana hæreſi infec... ait: Non patior quod hi Epiſcopi mu... populo ſigna edunt, illoſque cuncti ne... glecto ſequuntur. acquieſce his quæ p... pio, & acceptis 50. aureis ſede in pla... quam nobis eſt trāſitus, & manum ſuper ... ſos oculos ponens, me prætereunte cum ... quis exclama in magna virtute, dicēs: T... tiſſime Cyrola, noſtræ religionis antiſt... precor, vt reſpiciens manifeſtes gloriā ... tutem tuam, vt oculos meos aperiens m...

Baron. an. Chr. 484. Bredenb. li. 7. collat. ſacr. c. 1. & ex li. 2. c. 3. hiſt. Francorū Gregorij Turonenſis ſeu Turonici.

Hæreticus vult facere miraculū ſeu ſtrophā ſtruit falſi miraculi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lucem videre quam perdidi. Qui iuſsa complens reſidenſq́; in platea, tranſeunte hęretico cum Sanctis Dei (Catholicis Epiſcopis) iſte qui Deum irridere cogitabat exclamat in magna virtute dicens. audi me beatiſſime Cyrola, audi me ſancte Sacerdos Dei, reſpice cæcitatem meam, experiar ego medicamenta quæ ſæpe cæci reliqui à te meruerunt, quæ leproſi experti ſunt, quæ ipſi etiam mortui perſenſerunt. adiuro te per ipſam virtutem quam habes, vt mihi deſideratam reſtituas lucem, quia grauiſum cæcitate percuſſus. Veritatem enim neſciens verum dicebat, quia cæcauerat eum cupiditas, & virtutem Dei omnipotentis irridere per pecuniam æſtimabat. Tunc hæreticorum Epiſcopus paululum ſe diuertit, quaſi in virtute triumphaturus, elatus vanitate atque ſuperbia poſuit manum ſuam ſuper oculos eius dicens: Secundum fidem noſtram qua rectè Deum credimus aperiantur oculi tui. Et mox, vt hoc nefas erupit, riſus mutatur in planctum, & dolus Epiſcopi eſt patefactus in publico. Nam tantus dolor (ardor) oculos miſeri illius inuaſit (occupauit) vt eos digitis (manibus) vix comprimeret ne creparent (è fronte exilirent). Deniq; clamare cœpit miſer ac dicere: Vę mihi miſero quia ſeductus ſum ab inimico legis diuinæ. Væ mihi quia Deum per pecuniam irridere volui & 50. aureos accepi vt hoc facinus perpetrarem. Ad Epiſcopum autem aiebat:

Pretio inductus cæcitatem ſimulat, ſeu cæcum ſe fingit.

Ex cōpoſito inuocat opem (poſtulat auxiliū) Cyrolę vt viſum recipiat.

Auaritiæ pœna.

Qui videbat cęcatur ab hęretico

Hæreticus tangit oculos cęci, impetrās vt videat inſignū veritatis quam pręd icabas

à Deo & oculorū dolore & cæcitate percutitur.

Ecce aurum tuum, redde lumen meum quod
dolo tuo perdidi. voſque rogo glorioſiſ
Chriſtiani ne deſpiciatis miſerum, ſed velo
Gal 6. ter ſuccurrite pereunti. vere enim cog
Mar. 9. quia Deus non irridetur. Tunc ſancti Dei
ſericordia moti: Si, inquiunt, credis, om
poſſibilia ſunt credenti. at ille clamabat
ce magna: qui non crediderit Chriſtum f
um Dei & Sp. ſanctum æqualem habere
ſtantiam atque Deitatem cum Deo patre
die quæ ego perfero patiatur. Et adiecit: C
do Deum patrem omnipotentem, credo
lium Dei Chriſtum Ieſum æqualem patri,
do Sp. ſanctum Patri & Filio cóſubſtantia
atq; coęternum. Hæc illi (Catholici Epiſc
audientes & ſe inuicẽ honore mutuo pr
nientes, oritur inter eos ſancta contentio
oculis eius ſignum B. Crucis imponeret.
demialis ac Longinus Eugenium, ille con
eos exorat, vt manus imponerent cęco. Q
cũ feciſſent & manus ſuas ſuper caput ei
à S. Eugenio ſigno crucis repente curatur cæcus. nerent, S. Eugenius crucem ſuper oculos
faciens, ait: in nomine Patris, & Filij, & S
veri Dei, quem trinum in vna æqualitate
omnipotentia confitemur, aperiantur o
tui. Et ſtatim ablato dolore ad priſtinam
ſanitatem, &c. Simile exemplum refert
denb. ca. 2. ex eiuſdem Gregorij lib. de g
confeſſorum c. 12. & 13. de Epiſcopo hæ
qui ſimili fraude hominem illuminare
lens, eum excæcauit.

Anno 1558. Concionator (miniſter) quidam in finibus Poloniæ & Hungariæ non lōge à Cracouia pago Biethagæ, ſui Euãgelij cōfirmandi gratia quendam Matthæum certo conduxit ſtipendio vt ſeſe mortuum ſimularet (fingeret) & ad clamantis vocem ceu mortuus reſurgeret. Illum feretro incluſum ad templum deducit vxor, artificij nefarij conſcia, funus fletu & eiulatu proſequitur. ille vbi ſatis de ſuo nouo Euangelio tonaſſet, Surge, inquit Matthæe, nomine Chriſti, cuius Euangelium prædico. Cum Matthæus non ſurgeret, ille inclamat altius vt ſomnum forte excuteret, vbi nec ita exſurgeret Matthæus, itur ad feretrum, detegitur velata facies, & reuera deprehenditur mortuus. qui ſeſe tanto aliorum periculo mortuum atque à mortuis in vitam reuocatum ſimulare voluerat. Mox vxor quæ lamenta & lacrymas nuper finxerat, nunc verè lacrymis, vocibus, ac tantum non pugnis in concionatorem illum, nō paſtorem ſed impoſtorem inuecta eſt, &c. Idem referunt Felicianus Ninguarda li. contra Annam Burgenſem, & Lindanus in Dubitantio.

2. Ibid ca 4. ex li. 6. dial Alani copi.

Miracula affectant & noſtri ſectarij.

Vitam adimit hæreticus vicēti.

Tertull. de præſcr. hæret Apoſtoli de mortuis viuos ſuſcitabāt hæretici de viuis mortuos faciūt

Simile narratur ab ijſdem, ſed fuſius ab Hieronymo Bolſeco Medico Lugdunenſi in vita Caluini ca. 13. ex quo hæc pauca: Bruleus Oſtuno Geneuam demigrarat & cum inops eſſet, ipſe & vxor eius, Caluini gratiam aucupabātur vt ei commendati (cuius ipſe loculos

3. Vide Bell. diſp. de Notis Eccleſię c. 14. Laur. Sur. in cōmēt. Chrō.

geſtabat)peculij pauperum fierent parti
EisCaluinus vitæ ſubſidia benignè polli
ſi ipſi contra ſuam operam ſibi non neg
ad rem quandam quam per eos fieri v
ſed opus eſſe fide, & magna taciturnita
ciſſim ille ad id, quod iubere vellet p
ptos ſe offerunt, &, quemadmodum à C
no inſtructus fuerat; miſer hic Bruleu
bum ſimulat. Miniſtri pro concione p
lo commendant, vt precibus iuuarent
leemoſynis paupertati ſuccurrerent: no
poſt perſonam mortui induit, & mortu
ſimulat. Hinc Caluinus clam admo
quaſi tamen omnium rerum ignarus
bulatum prodit, ſed comitatus magna
ua amicorum. Poſtquam eo ventum eſ
bi clamores & eiulatus vxoris, quæ miſe
& deſolatam aliquam mulierem egreg
primebat, exaudiret, quidnam hoc eſſe
citatus, domum ingreditur. vbi in gen
pſe & reliqua caterua prouoluitur, p
buſque alta voce profuſis Deum obte
vt potentiam ſuam oſtendere, & mortu
vitam reſtituere, gloriamque ſuam
uerſo populo declarare vellet, ſimulque
nifeſtum facere ſe (Caluinum) peculiare
bique gratum ſeruum eſſe, & à ſe ad E
lij ſui miniſterium atque Eccleſiæ refo
tionem ſingulariter & verè vocatum.
quas preces ad mortuum appropinqu
miſeri hominis manu apprehenſa in D

*Ex compoſito per Calu reſuſcitandus.*

mine imperat vt ſe erigat; repetit iterum ſæpiuſque eoſdem ſermones, voce etiam altius eleuata. Quid fit? neq; audit, neq; loquitur, neque ſe commouet mortuus, iuſto enim Dei iudicio qui fucos mendaciaque deteſtatur, is qui ſe mortuum ſimulabat, vere eſſe mortuus repertus eſt. Et vxor, quidquid eum agitaret, quomodocunq; impelleret, neq; vocem extorquere, neq; vt ſe commoueret efficere potuit, ſed totus frigebat, rigebat totus. Quo animaduerſo plorare, vlulatus ſerio edere, & ex animo cœpit vxor, & in Caluinum inuecta, impoſtorem eum, ſicarium, latronem, qui maritum interemiſſet, appellans ex ordine rem quomodo erat geſta clara altaq; voce expoſuit, &c. Memini, inquit Tilm. Bredenb. me adoleſcente hac de re ad parentem meum Matthiam Bredenb. litteras à viris grauiſs. datas.

Diuina vltio.

Apud Bat. anno Chr. 1049. vel potius lib. 3. dial. Deſiderij, Preſbyter fraudulentus amittit mētem.

A vicino noſtro principe detinetur in vinculis Chriſtus cum ſua, Petro & Maria, vt aiunt, de Chriſto certum eſt, is celebris fur Chriſti perſonam induit, & ſedecim, vt fama eſt, habuit Apoſtolos, quos in ruſticos emiſit vt cleperent. Nuper in præfectura Lamenſtein dicta præmiſerat ſuum Petrum ad diuitem molitorem vt Chriſto è cælis venienti & pœnitentiam impijs prædicaturo hoſpitium pararet, recipitur Chriſtus cum Petro, apponit molitor ſicci terga ſuis rara pendentia crate, vt Satyricus ait, & quidquid habebat.

4. Pſeudo-Chriſtus Brunſvigicus molitori imponere dum ſtudet capitur, &c. Ex lit. R. P. Io. Hāmerī Rect. collegij Hildeſ. 7. apr. 1608

Chri-

Chriſtus delicatiora deſiderans iubet Pe-
ad vicinam ſalicem exire, vbi aſſaturam
niat, facit imperata Petrus, & adfert aſ-
anſerem cum pane albo ex ſalice in qua
prius repoſuerant hi Apoſtoli, miratur
tor & laute cum ipſis veſcitur. iubetur
Petrus haurire è proximo canali aquam
guncula coriacea & adferre, vt Chriſti
dictione in vinum mutetur, hoc quoq;
Petrus inſpectante ruſtici ſeu molitor
mulo qui putabat lagenam aqua implen
ſcius antea vino plenam. adfertur aqua,
tabatur, benedicitur, effunditur, guſta
num ſapit, miratur molitor, iubetur &
met facere periculum, mittitur ad hort
aliquot arbores quatiat, ex quibus pec
varia miſſilia ipſi promittit Chriſtus, mo
imperata facit, & omnia ex arboribus
dunt iuxta promiſſum Chriſti illius q
prius arboribus impoſuerat. Beatum
ſebat molitor qui talem hoſpitem, ipſum
Chriſtum, tàm beneficum excepiſſet, &
pertus eſſet. Tandem Chriſtus oporte
quit, vt hoſpiti gratiam aliquam refe
qui tam humaniter nos accepit, age e
hoſpes, ſi aliquot thaleros domi habe
circiter eos adfer, per meam enim pot
multiplicabuntur vt pro 10. recipias 20
dulus & cupidus molitor affert 40. tha
& rogat Chriſtum vt eos multiplicet q
cipiat 80, largè promittit hoc Chriſtus

niam Petro tradit qui miraculum conficiat. Iſpetit vas ſibi porrigi, impoſitoſq; thaleros in vaſe ante oſtium domus rotat, agitat, circumuoluit, ac ſi auenam mundaret, molitore interim cum Chriſto in hypocauſto reditum Petri exſpectante, ſed Petrus cum tempus ſibi fauere putaret cum 40. thaleris ſe ſubduxit. Chriſtus ſurgit, Et, oportet, inquit, videre quomodo ſuccedat negotium Petro, ſed molitor, ſedeat, inquit, Dominus meus Chriſtus, Petrus haud dubiè re cōfecta reuertetur. Cæterum cum diutius moraretur Petrus, & Chriſtus denuo exire vellet, molitor fraudem animaduertens arrepta ſecuri cædem Chriſto minatur, ſi ſurrexerit de loco, conuocatiſq; alijs ruſticis capitur Chriſtus. Euaſit Petrus, quem tamen iam quoq; captum putant.

## *IMPVDENTIAM VNIVS HOMInis magna ſequitur clades.*

CVm miles quidam Cumani Pręfecti Hieroſolymis populo nuda oſtendiſſet genitalia (quarto die paſchæ) ea contumelia furentes Iudæi, vociferabantur, non ſe affectos iniuria, ſed ipſum Deum quem honoraret ea celebritas, & quidem audaciores in Cumanum jactabant conuitia, dicentes ab illo ſubmiſſum petulantem illum militem. Is vero iuſſit totum exercitum cum armis conuenire in Antoniam caſtellum templo imminens. Vulgaris multitudo viſo aduentu militum, Anno Chr. 50.

territa cœpit magno impetu fugere, d
eſſent anguſti viarum exitus, rati à terg
ſtem inſequi, comprimebant ſe inuic
ter fugiendum, & conculcabant in ang
ita vt perirent plurimi, viginti enim
exſtinctorum illo tumultu numerata
verſaque in luctum feſta lætitia. Hæc
lib.20.antiq. cap.3.4. De bello tamen
2.cap. 4. numerans in compreſſione n
dicit ſupra decem millia hominum e
ſtincta. Tantam cladem intulit vnius i
dentia.

## INCENDIARII PVNIVNT

1\. IN Saxoniæ oppido VVittenburgo e
Delr. diſq. publici incēdij crimen impactum f
mag. lib. 4. dā, ille & iureiurando, & iudicio ſe im
c.4.q.4. ſ.3 tem probauit. Cū enim longo itinere
ex lib. 8. candens manu retuliſſet, illudq́; illæſ
VVandal. rā deieciſſet, ecce tibi ferrū ex omnium
Crantzij fugit. Sed eo ferme anno exacto, cum q
cap. 30. alius qui incendij conſcius erat, ſilicibu
publicam in oppido pauiret, ferrum i
abditum prodit manumq́; valide ambu
rātur omnes, & vomerem illū recogn
& reum ad iudicem abripiunt qui qu
admota verum exſculpſit, & cruribus i
noxium rotæ impoſuit.

2\. Cæſarius lib. 10. mirac. c.36. narrat de
dam peſſimo hypocrita qui peregrin
pallio ſcelera contegebat. Is ab alio q

nefario homine nummis conductus hoſpitis à quo benigne habitus ædes incendio abſumpſerat. Bis exceptus, bis pro gratia incendium immiſit. Territus dominus multos detulit de quibus ſuſpicabatur, qui omnes expertes culpę candenti ferro illęſi ſe expurgarunt. domo tertium ædificata, ferrum in quendā domus angulū abiectum iacebat. Venit poſt aliquod tēpus pſeudoviator ille, tertio humane excipitur, videt ferrū rogat cui vſui? audit ab hoſpite quid illo actum? Quin, inquit, illo deinceps ad alios vſus vteris ne iaceat otioſum? Simul manu comprehendit, ſed illud repente incanduit, & manum valide aduſſit, ille cum eiulatu abijcit. Hoſpes admiratione percuſſus, merito ſuſpicatur hūc bis exuſtarū ędium reum. Ergo comprehēſum ſiſtit iudici, iudex eculeo, faſſus omnia incendiarius in rotā agitur. tàm admiranda ſunt Dei iudicia.

## *INCESTVOSI PVNIVNTVR.*

HEraclius imp. ob inceſtas cum ſua conſanguinea nuptias tali vindicta percuſſus fuit vt vrina quam reddebat in faciem eius inſiliret. itaque cum veſicam exoneraturus erat ligneam tabulam inter exilientem vrinam & faciem eius interponi neceſſe fuit, & præter alias corporis ægritudines magnopere hydropiſi laborauit, & infelici exitu vitam clauſit confectus ærumnis animi corporiſque moleſtijs. Deo ergo maxime diſplicuerunt

1. Inceſtuoſas nuptias cōtrahens neptē ſuam (o nefariū exemplū) in matrimonium duxit. Zon. Cedren. Munſter. in Coſmogr. &c.

cuerunt iſtiuſmodi nuptiæ quantumlibet
triarchæ conſenſione ſuffultæ, quas adeo m
ſtroſa vindicta fuit proſecutus.

2. S. Paulus voluit vt inceſtuoſus traderetur
1. Cor. 5. Satanæ, non modo vt à dæmone obſeſſus mi
ſerabiliter cruciaretur, ſed etiam vt ſictu
tus Satanæ à communicatione fidelium h
retur abſciſſus & excommunicatus.

3. Cum in agrum quendã Perſicum qui
Pluribus Philoſophi (gentiles, qui è Romano ſolo
hanc hiſt. Perſidem venerant) diuertiſſent, homini
recenſet A- ctum cadauer viderunt recens mortui in
gathias. matum, illi hoc per ſeruos elatum terra
Lege Perſa- ruerunt. Noctu vero, his quieſcentibus, v
rum, defun- quidã eo ex comitatu obuerſari ſibi ſpe
ctorũ cor- vidit hominis ſenioris ſibique incogniti,
pora non as tamen grauis & venerandi, & qui philo
humari ſed phiæ ſtudenti vt pallio ita & barba pro
feris beſtijs ſiore nihil eſſet abſimilis, ſibique perinde
& volucri- bendo monendoque huiuſmodi inclama
bus exponi Noli inhumatum humare, permitte cani
iubebãtur. lacerandum. Terra vniuerſorum mater m
tris corruptorem hominem nõ ſuſcipit. T
Perſis in ille quamprimum præ formidine exper
more erat ctus, repetunt omnes eundem agrum, nu
filios cum iterato cadauer inueniunt in agri ſuperfi
matribus illi rei miraculo obſtupefacti, iter perſe
cõmiſceri. bantur, ac fatebantur pœnas luere Perſas p
impudico & materno concubitu, eoque &
ſepultos manere, & non iuria per cane
lacerari.

Grimoaldus dux filius Theodonis ducis 4.
Bauariæ copulauit ſibi poſt obitum fratris ſui Theodoaldi viduam, & licet coram S. Corbiniano egiſſent pœnitentiam, tamen cum non longius (vt par erat) à ſe fœminam illam (Pildrud vocabatur) Grimoaldus ablegaſſet, reuerſus ad vomitum, vlciſcente numine, in ſe ſuoſque Dei vindictam miſer expertus eſt. Siquidem illâ nece ſubtrahere virum Dei (S. Corbin.) hauſtu veneni cum cogitaret, & opere explere curaret, defendente domino, vir ſanctus periculum impendens euaſit, vindicta autem in domũ eius conuerſa eſt, quam his deſcribit Aribo: Filius Grimoaldi quem nefando crimine machinis diaboli incantauerat, rebus exceſſit humanis: eoq; mortuo, Grimoaldus ab inſidiatoribus interfectus eſt. Ninus qui necem Epiſcopo per venenum afferre voluit probroſa morte vitam finiuit: cum enim ventrem purgaret lanceâ percuſſus interijt. ad vltimum vero Pildrud Carolum (Martellum) in Gallias ſequens ab eo repudiata, omnem honorem & gloriam perdidit, proprijſq; exuta ſubſtantijs, nouiſſime nihil niſi vnum aſellum ad ſubuectionem poſſidens in Italia vitam finiuit. Nati qui ex illius prodierant vtero, cum multa tribulatione regno priuati, vitalem amiſerunt flatum. Petrus Damiani ep. ad Alexandrum papam electum & ad Hildebrandum an. Chr. 1065. Quidam, ait, degener quidem moribus ſed maiorum

Baron. an. Chr. 724. ex Aribone S. Corbiniani in Epiſcopatu Friſingenſi ſucceſſore.

titulis inſignitus ſuam cõſanguineam nup-
li fœdere copulauit. Quid plura? prohib-
perſtitit, excõmunicatus adhæſit, totumq;
cleſiaſticæ cēſurę vigorem nugarũ pueril
fabulas deputauit Cui hoc certe ad diuin
dignationis iudiciũ contigit, vt panes de
ptialibus menſis in plateas ante canũ ora
iecti minime tangerentur, inſuper (o
animaduerſionis pauenda ſeueritas) dum
gidus ſtat, dũ præceptis ſacerdotalibus ſe
humiliat, qui vigilare ſibi ad ſalutem nol
in cubiculo dormientem repente de cæl
bus irruens fulmen extinxit. Sic diuini
ris expertus eſt moriendo ſentẽtiam, qui
neri ſuo dum viueret adhibere contemp
medicinam.

## *INGRATORVM POENAE.*

1. OB ingratitudinem punitus eſt grau
me primus noſter parens Adam de
Auguſt. 21. de ciuit. Dei cap. 12. Quanto m
gis homo fruebatur Deo, tanto maiore im
tate dereliquit Deum, & factus eſt malo
gnus æterno qui hoc in ſe peremit bon
quod eſſe poſſet æternum. Hinc eſt vniu
generis humani maſſa damnata, &c.

2. Ob ingratitudinem puniti ſunt & 
cti Iudæi. de his Chryſoſt. ſic contra Iud
gentiles & hæreticos: Quanta Iudæis 
Deus & permanſerunt ſemper ingrati, &c

Percurre vetus teſtam.

3. De Ezechia Rege inquit S. Hieron, T

dunt Hebræi ideo ægrotaſſe Ezechiam, quoniam poſt inauditam victoriam Iudæorum, & Aſſyrij regis interitum non cecinerit laudes domino, quas cecinit Moyſes Pharaone ſubmerſo, & Debbora interfecto Syſara, & Anna genito Samuele, &c. [lib.11. commen. in Eſa.c.39.]

4. Iudas proditor ſuſpenſus crepuit medius. de quo S. Ambroſ. Conuiuijs amicitiæ venenum malitiæ miſcuit. itaque ſic ait Dominus (Pſal.54.verſ.14.): Tu vero, &c. Et: illud plus confutat ingratum quod eum tradit qui cum eſſet Dei filius, propter nos filius hominis eſſe voluit q. d. propter te ſuſcepi ingrate quod tradis in hypocriſi. [lib.1. de virginib.] [lib.10. in Luc. in ca. 22. Luc. ad verba Chriſti: filiũ hominis tradis.]

## *POENAE INIVSTITIAE.*

1. CVm Sidonius (Epiſcopus Arvernenſis) ſanctam ageret in ſæculo vitam, ait Gregorius, ſurrexere cõtra eum duo presbyteri, & ablata ei omni poteſtate à rebus Eccleſiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliam redegere. Sed non longi temporis ſpatio inultam eius iniuriam diuina voluit ſuſtinere clementia. Nam vnus ex his nequiſſimis, & indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuiſſet eum de Eccleſia velle extrahere, ſignum ad matutinas audiens fuiſſe commotum, fervens felle contra ſanctum Dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans quod die [Baron. an. Chr. 484. de geſtis Franc. li.2 c.23. Quę paſſus Sidonius à prauis presbyteris.]

prçcedente tractauerat, ingreſſus autem ſe-
ceſſum ſuum, dum ventrem purgare ni-
ſpiritum exhalauit. Exſpectabat enim p
foris cum cereo dominum egreſſurum, iam
aduenerat lux, & ſatelles eius, id eſt, aliuspre-
byter, mittit nuncium, dicens; veni, ne tar-
ueris, vt quæ nobis die heſterna conuener-
pariter expleamus. Sed cum reſponſa-
differret exanimis, eleuato puer velo o-
perit dominum ſuper cellulam ſeceſſus
functum. Vnde indubitatum ęſt non mino-
criminis hunc reum eſſe quam Arium il-
cui ſimiliter in ſeceſſu fuere interna dep-
per partes inferiores egeſta, quia nec iſta-
ne hæreſi poteſt accipi, vt in Eccleſia non
bediatur ſacerdoti Dei, cui ad paſcendum
ues commiſſę ſunt, & ille ſe ingerat pote-
cui neque à Deo neque ab hominibus ali-
eſt commiſſum. Dehinc beatus ſacerdos, v-
adhuc manente nihilominus inimico, ſu-
ſtituitur poteſtati. Factum eſt autem poſt-

Quid Sidonius diem obiturus.

vt accedente febre ægrotare cœpiſſet. Qui-
gat ſuos vt eum in Eccleſiam ferrent, cum-
illuc illatus fuiſſet, cõueniebat ad eum mul-
tudo virorũ ac mulierum, ſimulq; etiam in-
fantium plangentium atque dicentium: C-
nos deſeris, paſtor bone, vel cur nos quaſi
phanos derelinquis? Nunquid erit nobis p-
tranſitum tuum vita? nunquid erit poſt-
dum qui nos ſapientiæ ſale ſic condiat, a-
Dominici nominis timorem talis pruden-

rat-

ratione redarguat? Hæc & his ſimilia populis cum magno fletu dicentibus, tandem ſacerdos, ſpiritu in ſe ſancto influente reſpondit, nolite timere ô populi: ecce frater meus Aprunculus viuit, & ipſe erit ſacerdos veſter. Qui non intelligentes putabant eum loqui aliquid in extaſi. Quo migrante, presbyter ille nequam alter ex duobus qui remanſerat protinus omnem facultatem Eccleſiæ tanquam ſi iam Epiſcopus eſſet, inhians cupiditate præoccupat, dicens, Tandem reſpexit in me Deus, cognoſcens me iuſtiorem eſſe Sidonio, largituſq́; eſt mihi hanc poteſtatem.

Viſio de diuino iudicio.

Cumq́; per totam vrbem ſuperbus ferretur adueniente die Dominico, quæ imminebat poſt tranſitum ſancti viri, præparato epulo iuſſit cunctos ciues in domo Eccleſiæ inuitari deſpectiſq́; ſenioribus primus recumbit in toro. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi ſomnium, quod ſi permittis edicam. videbam hac nocte dominica, & ecce erat domus magna, & in domo erat thronus poſitus in quo quaſi iudex reſidebat cunctis poteſtate pręſtantior, cui aſſiſtebant multi ſacerdotum in albis veſtibus, ſed & promiſcuæ populorum turbæ valde innumerabiles. Verum cum hæc trepidus contemplarer, conſpicio eminus inter eos beatum aſtare Sidonium, & cum presbytero illo tibi chariſſimo qui ante hos paucos annos de hoc mundo migrauit attentè litigantem, quo deuicto, iubet

Rex vt in imis carceris anguſtijs retrud
ablatoq́ue iſto contra te iterum ſuggerit,
cens, te in eo ſcelere, propter quod ille
damnatus fuerat, fuiſſe participem. Ver
vbi iudex quem ad te tranſmitteret ſol
cœpit inquirere, ego me inter reliquos
culere cœpi, & à tergo ſteri, tractans apud
metipſum ne forte ego, qui notus ſum h
ni, mittar.

Dum hæc mecum tacitus voluerem, a
tis omnibus, remanſi ſolus in publico, v
tuſq; à iudice propius accedo, cuius virtu
atque ſplendorem contuens cœpi hebe
ctus titubare præ metu. Et ille: Ne t
as puer, inquit, ſed vade, dic presbyter
li. veni ad reſpondendam cauſſam, qu
donius te accerſiri deprecatus eſt. Tu v
ne moram facias ad eundem: quia ſub
di teſtificatione mihi præcepit, Rex ill
hæc loqui, dicens: Si tacueris, morte p
ma morieris. Hæc eo loquente, exter
presbyter, elapſo de manu calice, red
ſpiritum; ac de recubitu ablatus mortu
pulturæ mandatus eſt, poſſeſſurus infer
cum ſatellite ſuo. Tale iudicium ſuper
tumaces clericos Dominus in hunc pr
modum, vt vnus Arij ſortiretur mortem,
us tanquam Simon Magus. Apoſtoli
cti oratione ab excelſa arce ſuperbiæ
ceps allideretur: qui non ambigunt
riter poſſidere tartarum, qui ſimul

runt nequiter contra ſanctum Epiſcopum ſuum.

Theodobertus, Frãcorum in Gallia Tranſalpina Rex, princeps iuuenis, animoſus, & gloriæ cupidus, nominis tantum celebritatem affectans in Italiam tranſire conſtituit, quamuis nullo occupandæ illius iure niteretur. Animi enim ſuperbia elati nullum habent conſcientiæ reſpectum etiamſi iniqua poſtulent. Cæterum eam fortunam expertus eſt, vt quo die flumen Rubiconem trãſijt, nuncium de regni vniuerſi defectione acceperit, quod certe non abſque ſingulari Dei permiſſione factum. iuſtiſſimum enim eſt, vt ſola iuſtitiæ diuinæ vltione regnis ſuis exuatur princeps, quicunque ſtultitiæ tantum humanæ impulſu regna inuadit aliena. Recte nulli celerius homines incidunt in malam fortunam quam qui aliena concupiſcunt. Baronius anno Chriſti 540. ait eum magno animo inuaſiſſe Italiam, & magnum in Picenum vſque duxiſſe exercitum, ſed lue exagitatum admodumque debilitatum & imminutum re infecta redire ad propria coactum eſſe. 2.

Rubicon olim Gallis Ciſalpinis Italiſq; veteribus terminus erat. Sidon.

Dum plus volumus etiã quod minus eſt amittimus. Ambr.

Anno Chr. 1312. duo fratres Nobiles in Hiſpania de altiſſima rupe (vel turri) præcipites dati ſunt neque faſſi crimen (perduellionis, in cuius ſuſpicionem venerant) neque conuicti: illud vnum Dei & hominũ fidem teſtati, innocentes ſe mori, atq; adeo Ferdinãdo III. 3.

Fulg lib. 1. c. 6. Naucl. gen. 19. Io. Marian li. 3. de Rege.

Regi

Rege diem ex eo die trigeſimum dicere, qu[o]
die ad diuina tribunalia diſceptaret, & hi[s ver]
bis Regem adoriuntur: Cum nec iuri n[ostro]
tuendo nec nobis relictus ſit locus, no[s te in]
diem 30. iudicio ſiſtere mandamus ante [sum]
mi & incorrupti iudicis thronum vbi tu[um no]
ſtrum æquiori bilance trutinabitur. A[c]
ipſo die 7. idus Sep. vt Rex leuiter tent[atus va]
letudine ſe ſomno à prandio daret exſtin[ctus]
que inueniretur (cum ab aulicis ſomno [lon]
riori indulgere crederetur). Sic opinio [ve]
menter confirmata fuit, viros eos inno[centes]
perijſſe, ipſi Regi ex hoc caſu Ferdinand[i emplaza]
ius vocati cognomen eſt factum. Erat iſ [prin]
ceps intractabilis in ira cum recens i[ra]
prouocabat, quæ magna labes eſt, ſæpe[que de]
ſtatu mentis deturbat.

Ritius li. 3. de regibus Hiſp. Marianali 15. ann. Hiſp c.11.

4\.

Cum Philippi regis Galliæ cognom[ento]
Pulchri opera & ſuaſu Clemens V. Pon[tifex]
Neopolitanum equitem quendam Hie[roſo]
lymitani (vel Templariorum) Ordinis [dam]
naſſet vt viuus cremaretur & in Vaſcon[ia]
Burdegala vrbe ad ſupplicium deduce[retur]
conſpectis in feneſtra Pontifice ac Reg[e ma]
gna voce in hæc verba prorupit: ſæ[ue]
Clemens tyranne, poſteaquam mihi [inter]
mortales nullus iam ſupereſt, ad quem [appel]
lem pro graui morte, qua me per iniuri[am]
ficis, ad iuſtum iudicem Chriſtum, qui n[os re]
demit, appello, ante cuius tribunal te v[oco]
vna cum Philippo Rege tanti mali ſuaſo[re]

Fulgoſ li 1 c.6 Naucl. gen. 19. An. Syl. Europea hiſt. c.43 Chriſtian. Maſſęus, & Meierus li. 2. ann. & lib. 17. chr. Maſc. Onuphr. ıc Clemẽs V. Tẽplariorũ equitũ Ordinem

ante eum intra annum diemq́; ambo apparea- tis, vbi cauſam meam exponam & ius ſine prauo vllo affectu miniſtrabitur. vterq; vix elapſo tempore quod dictum ab equite fuerat, interijt.

damnauit, & eorum multos ſupplicio affecit.

5. Franciſcus à Britannia Armoricæ dux, Aegidium fratrem à conſiliarijs læſæ maieſtatis falſo accuſatum in carcerem cõiecit, vbi cum horrendo famis ſupplicio necaretur, ſitu & inedia conſumeretur, fatalem diem tanti tormenti metã eſſe præuidens. aduocato ad conſcientiæ inſtructionem pro viatico ſui itineris præparando, Monacho Franciſcano, fidem ab eo accepit, vt fratri renunciaret intra quadrageſimum diem ad Dei tribunal ſe ſiſtere oportere. Franciſcanus cum ducem in finibus Normanniæ inueniſſet, mortem fratris eiuſq́; ad ſummi Dei iudicium appellationem illi renunciauit, dux eo nuncio perterritus ingenti ſymptomate corripitur & paulatim morbi ſeuitia tabeſcens ad diem condictum è viuis ſublatus eſt, principatum cum vita amittens.

Ex Britannis Chronicis hauſit Petrus Matthæus Sequanus. Fulgoſ 16. Vide Aen. Syluium in Europa c. 43. & P. Schererij Poſtillam 2. Dom. adu.

6. Rudolphus dux Muſcouię cum odij peſtilentis inſidias moliretur aduerſus quendam equitem auratum, eum vinctum & ſacco incluſum in profluentem conijci iuſſit. Eques iam in ſaccum coniectus nondum tamen incluſus cum ducem, qui ad ſpectaculum acceſſerat in feneſtra eſſet conſpicatus alta voce clamauit, Dux Rudolphe ad tremendum Dei tribunal te voco, vt cauſſam aſſignes cur me

Petr. Matthæus Sequanus. vide horologiũ principum Antonij de Gueuaræ.

imme-

Vi. Bellar. to.3.lib.6. de amiſs. grat c.9.10 11.12.13. vbi enumerat morbos ſeu vulnera mentis humanæ, &c.

immerentem tam acerba & indigna pa-
perimus. Dux eam citationem cum riſu ac-
piens intrepide reſpondit: Benè præmoni-
tum adero. Exacto prope anno dux in fe-
briculam incidit, & appellationis recor-
aſtantibus dixit: Nunc mortis meę temp-
ſtat ad iudicium eundum, & breui poſt
tuus eſt.

7.
Delr. diſq. mag. li 4. c.4. q.4. ſ.1

Thomas Gantipratenſis alias Braban-
in lib. Apum: Monaſterium D. Iacobi
Leodium ait, notum multis eſt & acc-
iſtud quidem adoleſcens, conſobrinu-
ris Præpoſiti cauſſa deuotionis & relig-
intrauit, quod vt audiuit Præpoſitus
tulit, mox forti manu collecta ſatellit-
trat violenter cœnobiū, rapit iuuenem
datum ſancto habitu ſæculari induit.
ergo monaſterij collectis primoribus
tis, Epiſcopo conqueritur & totum cler-
tantis iniurijs interpellat Hoc autem
dignanter audire vix vellet Epiſcopus
batē potius duris verbis impeteret, fle-
bas genibus cum moderamine verbor-
xit, iudicem contra te (o Præpoſite) in-
habere non poſſum, & ideo contra te
ſummum iudicem interpello vt intra
vterq; noſtrum cōpareat coram illo
tiam pro meritis accepturus. Ad hoc P-
cachinnans cum ſuis irriſit hominem
ſpreuit & repulit exprobratum. Quid
quadrageſimo die circa nonam mort-

dictus Abbas, & cum pro eo ſolemniter pulſaretur, ſedens in balneo Præpoſitus quæſiuit à circumſtantibus quid hoc eſſet? moxque quidam ingrediens reſpondit, Abbatem D. Iacobi modo eſſe defunctũ & pro eo pulſationem fieri tã ſolemnem. ideo ergo recordatus Præpoſitus quadrageſimum diem eſſe qua ſe citatum audierat ab Abbate, conſternatus animo dixit ſuis, cito videte quid faciam? moriturus ego ſum, comparere me hodie ſummi iudicis aſpectibus oportebit. Nec mora, poſt verba hæc, cum balneum egredi feſtinaret, in adſtantium manibus cum diro eiulatu & vocibus exſpirauit: ibi proculdubio reſpondere compulſus vbi cauſſarum ſtrepitus ceſſant, iuriſperitorum aduocatio cõticeſcit, vbi nec preces nec precium liberabunt.

Menvvercum Paderbornenſem Epiſc. 8.
graui contumelia Corbeienſis quidam monachus affecerat (ſacrum enim Miſſæ officium peragere volenti ſacras veſtes tradere recuſauit) cui Epiſcopus, redditurũ altiſſimo ſactirationem prædixit. Monachus floccipendens riſit Epiſcopum. Ecce moritur antiſtes & nihil mali ſentiens ante monachus, in ipſa hora mortis Epiſcopi exſpirauit. Crantz. lib. 4. metrop. c. 4.

Paucis annis poſtea Henricus Moguntinus (vel ſecundum alios VVormacienſis) 9.
Epiſcopus falſo & per calumniam Arnoldi accu-

accuſatus & per præuaricationem Card
um duorum, à Pontifice Eugenio 3. ad
cognitionem delegatorum, depoſitus
Arnoldo ſuffecto) fuit: ſed ad iuſtum
cem Deum interpoſita appellatione, ſe
ti anno mortuus fuit. Eius audita mor
bo illi Cardinales obiere ſubito, alter d
proprios arrodens, alter in latrinis Ari
te. Conrad. in chron. Muguntino.

10. In vicina Germanię Gothia Ioannes
lib. 4. hiſt. ſo (vt ſcribit Olaus) quendam capite
aquilon. iuſſerat, is genibus innixus, en morior
c. 20. ſte, inquit, teque voco hac hora ante tri
Dei, vt reſpondeas cur me innocentem
ti condemnes. Vix autem miſer carnific
nu obtruncatus fuerat, cum etiam iude
quo corruit exanimis.

11. Saul punitur cum tribus filijs 1. Reg
Dauid contra iniuſtam perſecutionem
lis implorauerat (1. Reg. 24.) auxilium
Dominus, &c. vt & (2. Par. 24.) Zacharia
tra Ioadem. Vide epitomen Poſtillæ P
rerij con. 2. Dom. 2. Aduentus.

Gen. 19. 26 *OB INOBEDIENTIAM GRA*
Vide in lo- *ter à Deo puniti.*

co de im- ADam ob inobedẽtiam Paradiſo
pijs in pa- batus eſt. Gen 3 &c. Vxor Loth ob
rentes ex- conuerſa eſt in ſtatuam ſalis, quia cõtra
emp. 4.
1. datum angelicum reſpexit retro. Aug
2. ciu. Dei c. 30. prohibiti ſunt qui liberab

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ab angelis retro reſpicere quia non eſt animo
redeundum ad veterem vitam, &c. Chore, 3.
Dathan & Abiron quia Moyſi non obtempe- Nu.16. 22.
rarunt terra viuos abſorpſit. Saul Rex ob 4.
inob. regno excitus eſt, hinc Samuel ad ipſum: 1. Reg. 15.
Pro eo quod abiecisti ſermonē domini pro- 23.
iecit te Dominus ne ſis Rex. Quoniam Pro- 5.
pheta de Iuda veniens in Bethel contra man-
datum Domini in Bethel cum alio Propheta
panem comedit & bibit aquam, à leone occi-
ſus eſt. Quonam alius Propheta filio prophe- 6.
tarum dicenti: percute me, non obtempera- 3 Re. 13. 24.
uit, etiam à leone occiſus eſt. Prophetam Io- ib. c. 20. 36
nam fugientem in Tharſis nec aër, nec aqua, Ioan. 1. 15.
nec nauis ferre potuit ob inobed. & tandem 7.
in mare proiectus eſt. Populus Iſraeliticus ob 8.
inobedientiam captiuus abductus eſt in Ba- Ier. 34. 18.
bylonem.

## *POENAE EORVM QVI IN PROprio Iudicio pertinaciores fuerunt.*

IOan. Caſs. collat. 2. c. 5. Oculorum veſtro- 1.
rum vidiſtis obtutibus, ſenem Heronem
ante paucos admodum dies illuſione diaboli-
ca à ſummis ad ima deiectum, quem quinqua-
ginta annis in hac eremo commoratum ſin-
gulari diſtrictione continentiæ rigorem te-
nuiſſe meminimus. Hic igitur quo pacto poſt
tantos labores grauiſſimo corruens lapſu cun-
ctos in hac eremo conſtitutos luctuoſo dolo-
re perculit? Nonne quia minus diſcretione

poſſeſſa, ſuis definitionibus regi, quã conſi
vel collatiõibus fratrum atq; inſtitutis ma
rũ maluit obedire? Qua præſumptione de
ptus Angelum Satanę velut angelũ luci
ſumma veneratione ſuſcipiens, ciuſq; præ
ptis prono obediens famulatu ſemetipſu
puteum, cuius profunditaté oculorum
tingit intuitus, præcipitem dedit, de ang
ſponſione non dubitans, qui eum pro
to virtutum ac laborum ſuorum nequaq
poſſe firmauerat vlli iã diſcrimini ſubia
De quo ingenti fratrum labore extract
tam die tertia finiturus, in deceptionis ob
ſtinatione permanſit, non credens quod
monum calliditate fuiſſet deluſus.

Proprio ne fidas iudicio, ne diaboli illuſione decipiaris.

2. B. Dorotheus ſer. 8.

Macarius abbas cum aliquando dæmo
vidiſſet multis onuſtum ollis, rogauit
quis ollarum foret vſus, qui reſpondet
lere monachos varijs illecebris à virtu
tu abducere. & iam vnum eorũ in naſſam
lexiſſe, cuius & nomen prodidit. Quem
nachum mox Macarius conuenit, cogn
eum tentationes ſuas Patri ſpirituali n
teſeciſſe, atq; ideo monuit, ne deinceps
dicio fideret quod & fecit. Cum vero
dæmon iterum ſe ſpectãdum præbuiſſe
cunctatus ab eo eſt, num dictus monach
huc inter amicos eſſet: ille furioſe reſp
ex amico factum hoſtem. Greg. 4. dial.
40. habet exemplum Paſchaſij ob hoc
tum pœnas purgatorij ignis perferent

Q